



Pat 854

ante magistri titulu d Joanne

~~magistri~~
Theodoro Quingen

Logice auditor e

Ano 1562

10 m

Vigesimo nono

septembri

postquam monasterio Eifflie ex Rhetia
esset migratus coloniam ad Logicam

EMBLEMATA
ANDREÆ ALCIA-
TI, I. V. DOCTORIS CLARIS-

SIMI, POSTREMO AC VLTIMO AB
ipso authore recognita, in imaginibusq; vi-
uis ac lepidis denud artificiosif-
sime illustrata.

ADIECTA SVNT INSVPER PERELEG-
gantia ac docta Epimythia seu affabulationes, in
quibus Emblematum amplitudo et quæ in ijs
dubia vel obscura sunt, perspicue

Stagelberg declarantur.



FRANCOFVRTI AD MOENVM.
M. D. LXVII.

EMBLEMATA
ANDREÆ ALCIA-
TI, I. V. DOCTORIS CLARIS-
SIMI, POSTREMO AC VLTIMO AB


ipso autore recognita, imaginibusq; vi-
uis ac lepidis denud artificiosif-
simè illustrata.

ADIECTA SVNT IN SVPER PERELE-
gantia ac docta Epimythia seu affabulationes, in
quibus Emblematum amplitudo et que in ijs
dubia vel obscura sunt, perspicuè

Stapfley declarantur.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
M. D. LXVII.



R/106.360

VIRTVTE ET PRO

FVNDARVM RERVM COGNI-
TIONE ORNATISSIMO VIRO, DOMI-

no *Stephano Prechtel, in clarissima Republica Norin-
bergenfi Arithmetica & Orthographia professo-
ri publico, domino & amico suo
obseruando.*



VANTA FVERIT PRIORIS
seculi barbaries & studij Gram-
matici ignorantia, præstantissi-
me vir, ex ea intelligi poterit,
quam scriptor fide dignus Ioan-
nes Auentinus commemorat, historia. Cùm e-
nim nonnulli conuincere vellent, eas artes,
quæ industria manus exercentur, non esse par-
tem Philosophiæ, eo vsi sunt argumento, quòd
artes illæ appellarentur Mechanicæ, cumque
hæc dictio ipsorum iudicio deriuaretur à no-
mine Mœchi, meritò adulterinas & non Phi-
losophicas eas iudicabant vocandas: Dece-
pti non solùm in etymologia sed etiam ortho-
graphia vocabuli: Nam dictio Mœchi per æ
diphthongũ scribitur, vox verò Mechanica per
e simplex pingitur. Vtriusq; vocis origo Græ-
ca est, sicuti enim à *μοιχευω* fit mœchus, ita à
μηχανάομαι mechanicæ artis etymologia dedu-
citur, quod aliquid excogitare & moliri signi-
ficat,

EPISTOLA

ficat, inde etiam machina deducitur. Et sanè Deus primus fuit mechanicus, qui totã mundi machinam sua omnipotentia ex nihilo produxit, atq; hoc manuum suarum opere summum sese esse Philosophum ostendit. Et non sine graui consilio summus ille Philosophus Aristoteles, qui propter summã eruditionem immortalẽ gloriã sibi acquisiuit, Mechanicas artes inter philosophiã partes collocãuit. Et sanè veri & actiui sunt Philosophi, & plus sæpe emolumentum afferunt humanã vitã, quàm speculatiui illi, qui nigris cucullis induti in antris suis inextricabilibus fallatiarũ dialecticarum laborinthis sese macerant. Atq; ex eo patet huius scientiã dignitas, quòd ipsius Dei sapientissimi vestigia & picturas imitetur, & opus creationis nobis ante oculos ponat, ne illius obliuione ducti, officij nostri obliuiscamur.

Et quòd verè sit philosophiã pars, vel hinc videre et intelligere datur, quòd ars picturã ex dulcissima & omnium certissima philosophiã parte fluat, quã à dimensione terrẽ Geometria dicta est, & à perpetuo discèdi desiderio Mathematicæ appellata fuit. Quanta autem huius artis sit dignitas, imò necessitas, vel ex hoc solo patet, quòd acutissimus ille Philosophus Pythagoras, nullum illius artis imperitum in numerum suorum discipulorum recipere voluerit.

rit. Præstantissimus vir Ioannes Crato, Ferdinandi Imperatoris piæ memoriæ, pacifici, archiater, cum vitam Ioannis Moibani (qui ciuitatis Augultanæ medicus, & Noribergæ liberorum domini Geuderi pædagogus fuit) describere instituit, non solum à patria, parentibus, indole, ingenio, & variarum linguarum, & artium peritia, sed etiam à pingendi industria ipsum magnificè commendat, eiusque picturas adhuc hodierno die se custodire & admirari Conrado Gesnero amico suo commemorat.

Habent hæ artes magnam cognitionē cum ea philosophiæ parte, quæ à bonis moribus Ethicè appellata est. Sicuti enim philosophia moralis in actione consistit, ita picturæ scientia Geometriæ principia ad vsum accommodat. Nemo non intelligit, multò felicius illos pingere, qui cum naturali inclinatione præcepta Geometriæ & Euclidis elemēta coniungunt. Ex illis enim fontibus viuas causas proportionis in singulis figuris cognoscunt.

Cumq; omnes artes ideò diuinitus sint monstratæ, vt generi humano certas utilitates præstent, ita & hæc nobilis scientia non eo consilio humanis ingenijs collata est, vt spurcis & impudicis picturis corda inspectorum ad vagas libidines inflamment, aut vt idolis imagi-

EPISTOLA

tum: Cur nō multò iucundius esse censemus, in paruo Enchiridio acutissimi viri, & totius philosophiæ ideam, ac ingeniosissimas figuras cernere, & carmina elegantissima legere? Magna nos voluptate afficiunt picturæ animalium, quæ in exteris viuunt regionibus, quæ aspiciere non datur, cur igitur nō mouebunt animū doctissimæ figuræ, quæ vitæ nostræ normā docēt, prudentiam augent, salubribusq; dandis consilijs nos idoneos reddūt, & à numero stultorū, quorū hodierno die magnus est numerus, nos eximunt, absconditosq; sapientiæ thesauros, qui in Alciati cerebro latuerunt, nobis videntes exhibent? Quòd autē has ipsas vitæ normas, & dulcia hæc oculorum specula tuæ dignitati inscribere voluerim, nunc vt beneuolē T. H. cognoscat, etiam atq; etiam rogo. Primum mihi non sōli sed quam plurimis cōstat, te non solū in diuina illa philosophiæ parte quæ à numeris dicta est Arithmetice, alios longo intervallo antecedere, sed etiam in orthographiæ studio, quam iam plerique philosophi ignorant, singulari dexteritate versari, multorumquē maximorum virorum liberos magna cum laude informare, ideoq; æquum esse iudicauī, noua hac Emblematum Alciati editione tui nominis famam & memoriam longè lateque innotescere, & æternitati cōsecrari. Hoc enim virtutis præmium optimum esse omnēs iudicant.

cant. Cùm enim rem diu perpendissem, boni scribæ & boni pictoris magnam cognationem & eandem esse originem, in mentem venit. Necessè enim est vtrumq; felicè Mercurij atq; Martis in sua genitura habere constitutionem, & Mathesis vtriusque mater est. Spero igitur hanc dedicationem eo nomine *T. H.* fore gratiorem: cùm hisce studijs te magis delectari, quàm corruptibilis auri pulchritudine, à viris fide dignis certò intellexerim. Occurrit etiam Physicorum traditio, qui vnanimi consensu affirmant, oculos iuvari intuitu viridis coloris, fontis, & speculi. Proinde cùm non dubium sit, *T. H.* oculos crebris calculis & pingendis pulchris characteru Typis quodammodo hebetari, volui hæc specula veluti oculorū recreationes *T. H.* offerre, quæ non ex crystallo, quod ex alpibus illis Italicis eruitur, facta, sed ex cerebro Mineræ Musarū malis effossa esse intelliges. Existimo virtute coronato Stephano hanc musarum coronam optimo iure imponi, & præ reliquis offerri.

Volui etiam hanc dedicationē benevolentię meæ erga te & cædidi amoris esse iudicium, amicitiaq; inter nos arctius contrahendę materiam. Huius cõsilij mei rationes æquas & honestas, si *T. H.* boni consulat, & in meliorē partē interpretabitur, laboremq; hunc grato animo susceperit, *T. D.* ansam mihi dabit, vt alio tem-

EPIST. NVNCVP.

pore maiora benevolentix argumenta viden-
da exhibeam. Vale, meque tuæ humanitati vt
commédatum habeas etiam atq; etiam ro-
go. Datæ Francoforti ad Mœ-
num, 15. Martij,
1567.

T. H.

Studiofissimus,

*Sigismundus Feir-
abend, Bibliopola.*

INDEX EMBLEMATVM.

A		<i>ΑΥΤΕΣ</i> ☉ id est, Amor vir	
A Bies.	207	tutus.	104
A bstinentia.	11	<i>ΑΥΤΕΣ</i> ☉, Amor virtutis	
Ad illustriſſimum Maxi-		alium cupidinem ſupe-	
mil. Mediolanenſium		rans.	103
ducem, ſuper inſigni du-		Antiquiſſima quoq; com-	
catus Mediolanen.	1	mentitia.	53
Aemulatio impar.	133	Ars naturã adiuuans.	58
Adire quandoq; ſalutem		Auaritia.	157
redimendam.	191	Auxilium nunquam de-	
Albutij ad Alciatum ſua-		ficiens.	48.
dentis, vt de tumultu-		B	
bis Italicis ſe ſubducatur.		Bonis à diuitibus nibiliti-	
☉ in Gallia profitea-		endum.	67
tur.	5	Bonis auſpicjs incipien-	
Aliquid mali proptervi-		dum.	182
cinum malum.	121	Buxus.	210
Alius peccat, alius plecti-		C	
tur.	125	Captiuus ob gulam.	167
Amicitia etiam poſt mor-		Cauendum à meretrici-	
tem durans.	49	bus.	84
A minimis quoq; timen-		Concordia.	25
dum.	127	Concordia inſuperabilis.	
Amor filiorum.	74	26	
Amuletum Veneris.	89	Concordia ſymbolum.	28
Amygdalus.	205	Conſiliarij principũ.	114
<i>ΑΥΧΟΥ ΧΑΙ Δ ΠΕΧΥ.</i>	43	Conſilio ☉ virtute Chi-	
		marum	

I N D E X.

<i>meram superari, id est,</i>	<i>oportere.</i>	112
<i>fortiores & deceptores.</i>	<i>Eloquentia fortitudine</i>	
34	<i>prestantior.</i>	18
<i>Cordnea.</i>	<i>Etiā ferocissimos do-</i>	
201	<i>mari.</i>	124
<i>Cuculi.</i>	<i>Ex arduis perpetuum no-</i>	
87	<i>men.</i>	16
<i>Cum laruis non luctan-</i>	<i>Ex bello pax.</i>	153
<i>dum.</i>	<i>Ex damno alterius alte-</i>	
195	<i>rius utilitas.</i>	183
<i>Cupressus.</i>	<i>Εχθρῶν ἀδωρα δῶρα. In</i>	
198	<i>donaboſtium.</i>	139
<i>Custodiēdas virgines.</i>	<i>Ex literarum studijs im-</i>	
75	<i>mortalitatē acquiri.</i>	20
D	<i>Ex pace vbertas.</i>	154
<i>De Morte & Amore.</i>	F	
192	<i>Facundia difficilis.</i>	19
<i>Desidia.</i>	<i>Fatuitas.</i>	174
170	<i>Ficta religio.</i>	143
<i>Desidiam abijciendā.</i>	<i>Fidei symbolum.</i>	24
171	<i>Firmissima conuelli non</i>	
<i>Dicta septem sapientum.</i>	<i>posse.</i>	6
54	<i>Fædera.</i>	23
<i>Diues indoctus.</i>	<i>Fortuna virtutem supe-</i>	
164	<i>rans.</i>	136
<i>Doctorum agnomina.</i>	<i>Furor & rabies.</i>	138
55	G	
<i>Doctos doctis obloqui ne-</i>	<i>Garrulitas.</i>	176
<i>fas esse.</i>	<i>Gramen.</i>	13
56	<i>Gratia.</i>	
<i>Dolus in suos.</i>		
113		
<i>Dulcia quandoq; amara</i>		
<i>fieri.</i>		
101		
<i>Ferè simile ex Theo-</i>		
<i>crito.</i>		
102		
<i>Duodecim certamina</i>		
<i>Herculis.</i>		
17		
E		
<i>Ei qui semel sua prode-</i>		
<i>gerit, aliena credi non</i>		

I N D E X.

<i>Gratie.</i>	50	<i>In descifcentes.</i>	134
<i>Gratiam referendam.</i>	72	<i>In detrectatores.</i>	132
<i>Gula.</i>	165	<i>Indies meliora.</i>	62
H		<i>In diuites publico malo.</i>	
<i>Hadera.</i>	203	118	
I		<i>In eos qui supra vires</i>	
<i>Ignauis.</i>	169	<i>quicquam audent.</i>	110
<i>Ignorantiam submouen-</i>		<i>In eum, qui fibi pfi dam-</i>	
<i>dam.</i>	147	<i>num apparat.</i>	116
<i>Flex.</i>	209	<i>In eum, qui truculentia</i>	
<i>Illicitum nō sperandum.</i>		<i>suorum perierit.</i>	122
70		<i>In facile à virtute descif-</i>	
<i>Imparitas.</i>	135	<i>centes.</i>	172
<i>Impossibile.</i>	180	<i>In fidem vxoriam.</i>	80
<i>Impudentia.</i>	149	<i>In fecunditatem fibi pfi</i>	
<i>In adulari nescientē.</i>	45	<i>damnosam.</i>	81
<i>In adultores.</i>	163	<i>In formosam fato perem-</i>	
<i>In amatores meretricū.</i>		<i>ptam.</i>	193
85		<i>In fraudulentos.</i>	179
<i>Inanis impetus.</i>	131	<i>In garrulum & gulosum.</i>	
<i>In Astrologos.</i>	107	166	
<i>In auaros.</i>	158	<i>In illaudata laudātes.</i>	151
<i>In auaros, vel quibus me-</i>		<i>In iuuentam.</i>	59
<i>lior conditio ab extra-</i>		<i>In momentaneam felici-</i>	
<i>neis offertur.</i>	159	<i>tatem.</i>	184
<i>In aulicos.</i>	160	<i>In mortem prapropetā.</i>	
<i>In colores.</i>	61	194	
<i>In Deo latandum.</i>	42	<i>In nothos.</i>	145
<i>In deprehensum.</i>	123	<i>In oluionem patrie.</i>	105
		<i>In occa-</i>	

I N D E X.

In occasione.	185	Laurus.	199
In parasitos.	161	Litera occidit, spiritus vi-	
In pudoris statuam.	76	uificat.	51
In quatuor tēpora anni.		Luxuria.	90
60		Luxuriosorum oper.	92
In receptatores siccariorum.	117	M	
In sani gladius.	137	Maledicentia.	177
In senatum boni principis.	10	Malè parta malè dilabuntur.	181
In signia poetarum.	21	Malus medica.	202
In simulachrum spei.	69	Maturandum.	35
In sordidos.	168	Mediolanum.	3
In statuam Amoris.	95	Mentem nō formam plus pollere.	146
In statuam Bacchi.	156	Morus.	206
In studiosum captum amore.	100	Mulieris famam, non formam vulgatā esse oportere.	78
In subitum terrorem.	175	Musicā Dīs cura esse.	22
In temerarios.	109	Mutuuum auxilium.	47
In victoriā dolo partā.	115	N	
Inuidia.	141	Natura seu vis natura.	57
Inuiolabiles telo cupidinis.	88	Nec verbo nec facto quēquam ledendum.	71
In vitam humanam.	190	Ne quæstioni quidem ceddendum.	31
Ira.	142	Nil reliqui.	189
Iusta vindicta.	129	Nobiles & generosi.	15
Iusta ultio.	130	Non	
L			
Lasciuia.	91		

I N D E X.

Non vulganda cōsilia. 29	tur. 64
Nontibi sed Religioni. 150	Pax. 152 Picea. 208
Nunquam procrastinan- dum. 4	Pietas filiorum in paren- tes. 73
Nupta contagioso. 82	Philautia. 48
O	Πῶν ἀπέβλεω; Τὶ δὲ ἐρεξᾶ. Τὶ μοὶ δίδον, ἐκ ἐτελέ δου. 140
Obdurandū aduersus vr- gentia. 44	Populus alba. 204
Oblivio paupertatis pa- rens. 173	Potentia amoris. 98
Obnoxia infirmitas. 188	Potentissimus affectus a- mor. 99
Ocni effigies. De his qui meretricibus donant, quod in bonos vsus ver- ti debeat. 94	Princeps subditorum in- columitate procurās. 8
Omnia mecum por- to. 63	Principis clementia. 9
Optimus ciuis. 14	Prudens magis quàm lo- quax. 32
Opulentiā tyranni, pau- pertas subiectorum. 119	Prudentes. 33 (38)
Opulenti hereditas. 196	Prudentes vino abstinēt. Pudicitia. 77
P	Q
Parē delinquentis et sua- foris culpam esse. 126	Quò Dij vocant eundū. 41
Paruam culinam duobus ganeonibus non sufficere. 162	Qua supra nos, nihil ad nos. 106
Paupertatē summis inge- nijs obesse, ne prouehan	Quercus. 200
	Qui alta contemplantur cadere. 108
	Quod non capit Christus, rapit piscus. 120
	Reme-

I N D E X.

<i>In occasione.</i> 185	<i>Laurus.</i> 199
<i>In parasitos.</i> 161	<i>Litera occidit, spiritus vi-</i>
<i>In pudoris statuam.</i> 76	<i>uificat.</i> 51
<i>In quatuor tempora anni.</i>	<i>Luxuria.</i> 90
60	<i>Luxuriosorum opes.</i> 92
<i>In receptatores siccario-</i>	M
<i>rum.</i> 117	<i>Maledicentia.</i> 177
<i>Insani gladius.</i> 137	<i>Malè paratè malè dilabun-</i>
<i>In senatum boni princi-</i>	<i>tur.</i> 181
<i>pis.</i> 10	<i>Malus medica.</i> 202
<i>Insignia poetarum.</i> 21	<i>Maturandum.</i> 35
<i>In simulachrum spei.</i> 69	<i>Mediolanum.</i> 3
<i>In sordidos.</i> 168	<i>Mentem nõ formam plus</i>
<i>In statuam Amoris.</i> 95	<i>pollere.</i> 146
<i>In statuam Bacchi.</i> 156	<i>Morus.</i> 206
<i>In studiosum captum a-</i>	<i>Mulieris famam, non for-</i>
<i>more.</i> 100	<i>mam vulgatæ esse oport-</i>
<i>In subitum terrorem.</i> 175	<i>tere.</i> 78
<i>In temerarios.</i> 109	<i>Musicã Dÿs cura esse.</i> 22
<i>In victoriã dolo partã.</i> 115	<i>Mutuuum auxilium.</i> 47
<i>Inuidia.</i> 141	N
<i>Inuiolabiles telo cupidi-</i>	<i>Natura seu vis natura.</i>
<i>nis.</i> 88	57
<i>In vitam humanam.</i> 190	<i>Nec verbo nec factò quẽ-</i>
<i>Ira.</i> 142	<i>quam ledendum.</i> 71
<i>Iusta vindicta.</i> 129	<i>Ne quæstioni quidem ce-</i>
<i>Iusta ultio.</i> 130	<i>dendum.</i> 31
L	<i>Nil reliqui.</i> 189
<i>Lasciuia.</i> 91	<i>Nobiles & generosi.</i> 15
	Non

I N D E X.

Non vulganda cōsilia. 29	tur. 64
Nontibi sed Religioni. 150	Pax. 152 Picea. 208
Nunquam procrastinan- dum. 4	Pietas filiorum in paren- tes. 73
Nupta contagioso. 82	Philautia. 48
O	Πῆ ἀπέβλεω; Τὶ δὲ ἔρεξα. Τὶ μοὶ δίδον, ἕκ ἐπελέ- δου. 140
Obdurandū aduersus vr- gentia. 44	Populus alba. 204
Oblivio paupertatis pa- rens. 173	Potentia amoris. 98
Obnoxia infirmitas. 188	Potentissimus affectus a- mor. 99
Ocni effigies. De his qui meretricibus donant, quod in bonos vsus ver- ti debeat. 94	Princeps subditorum in- columitate procurās. 8
Omnia mecum mecum por- to. 63	Principis clementia. 9
Optimus ciuis. 14	Prudens magis quàm lo- quax. 32
Opulencia tyranni, pau- peras subiektorum. 119	Prudentes. 33 (38)
Opulenti hereditas. 196	Prudentes vino abstinēt. Pudicitia. 77
P	Q
Parē delinquentis et sua- foris culpam esse. 126	Quò Dij vocant eundū. 41
Paruam culinam duobus ganeonibus non sufficere. 162	Qua supra nos, nihil ad nos. 106
Paupertatē summis inge- nūjs obesse, ne prouehan	Quercus. 200
	Qui alta contemplantur cadere. 108
	Quod non capit Christus, rapit piscus. 120
	Reme-

I N D E X:

<p style="text-align: center;">R</p> <p><i>Remedia in arduo mala in prono esse.</i> 187</p> <p><i>Respublica liberata.</i> 155</p> <p><i>Reuerentiam in matrimonio requiri.</i> 79</p> <p style="text-align: center;">S</p> <p><i>Salix.</i> 209</p> <p><i>Salus publica.</i> 46</p> <p><i>Sapientia humana stultitia est apud Deū.</i> 144</p> <p><i>Scyphus Nestorus.</i> 52</p> <p><i>Semper praesto esse infortunia.</i> 186</p> <p><i>Senex puellā amans.</i> 83</p> <p><i>Signa fortium.</i> 7</p> <p><i>Silentium.</i> 30</p> <p><i>Sobriè viuendum & non remerè credendum.</i> 37</p> <p><i>Spes proxima.</i> 68</p> <p><i>Strenuorum immortale nomen.</i> 12</p> <p><i>Superbia.</i> 140</p>	<p><i>Syrenès.</i> 93</p> <p style="text-align: center;">T</p> <p><i>Tandem iustitia obtinet.</i> 66</p> <p><i>Temeritas.</i> 111</p> <p><i>Terminus.</i> 197</p> <p><i>Tumulus Ioannis Galeatij vicecomitis primi ducis Mediolanens.</i> 2</p> <p><i>Tumulus meretricis.</i> 86</p> <p style="text-align: center;">V</p> <p><i>Vel post mortem formidolosi.</i> 128</p> <p><i>Vespertilio.</i> 178</p> <p><i>Vigilantia & custodia.</i> 36</p> <p><i>Vino prudentiam augeri.</i> 39</p> <p><i>Virtuti fortuna comes.</i> 65</p> <p><i>Vis amoris.</i> 97</p> <p><i>Vnum nihil, duos plurimum posse.</i> 27</p>
---	---

F I N I S.

EMBLEMA I.

Ad illustrissimum Maximil. Mediolanens.
 ducem super insigni ducatus Me-
 diolanensis.



Exiliens infans sinuosi è faucibus anguis,
 Est gentilitijs nobile stemma tuis.
 Talia Pelleum gessisse nomismata regem,
 Vidimus hisq; suum concelebrasse genus.
 Dum se Ammone sarū, matrem anguis imagine lusam,
 Diuini & sobolem seminis esse docet.
 Ore exit, tradunt sic quosdam enitier anguis,
 An quia sic Pallas de capite orta Iouis?

A

SVMMA

ANDREAE ALCIATI EMBL.
 SVMMMA EMBLEMATVM
 ALCIATI EPIIMYΘIA.

MEDIOLANENSIS PRINCIPATVS
 Stemma in aureo æquore Draconem ha-
 bet cœruleū, ex cuius ore infans nascitur à par-
 tu rubens, diuinæ scilicet originis & antiquæ
 nobilitatis Symbolon, Alexandros namque
 & Scipionas ab incubis sub Dracontæa spe-
 cie Dæmonibus genitos esse creditum est. E
 serpentinis itē Matribus esse natos Araxidas,
 & Melusiadas ac Lufinianos fortissimos He-
 roas (ex quibus nobilis Luxemburgorū Pro-
 sapia) Gallicana memorat historia. PORRO
 Serpentum genus quoddam (vt fortasse Am-
 phisbenarum) ore constat parere, quorum &
 Hieroglyphica imago designat Sapientiam,
 quæ & ipsa ex capite prodit. Ad hoc etiam fa-
 cit quod Dea Sapientiæ Minerua & ex Iouis
 cerebro orta fingitur. Quæ omnia eò spectât:
 vt Anguigena ille & purpureus puer de Ser-
 pentis capite nascens, diuinum genus, San-
 guinis antiquam, nec intermorituram no-
 bilitatem, & de sano capite manan-
 tem significet Sapien-
 tiam,

EMBLE-

EMBLEMA II.

Tumulus Ioannis Galeatij vicecomitis,
primi ducis Mediolan.



PRO tumulo pone Italiam, pone arma, ducesq;
Et mare, quod geminos mugit adusq; sinus.
Adde his barbariem conantem irrumpere frustra.
Et mercede emptas in fera bella manus.
Anguiger est summo sistens in culmine, dicat:
Quis parvis magnam me super imposuit?

A 2

Hoc

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Hoc Emblema breui congerie complectitur laudes Ioannis Galeacij Mariae Vicecomitis, primi ducis Mediolani. Cuius historiam ex Chronicis & Annalibus quærere licet, & illius fortitudinem: qua irrumpentibus in Italiam Barbaris Turcis strenuissimè obstitit.

EMBLE-

EMBLEMA IIL

Mediolanum.



B Ituricis veruex, Heduis dat Sucula signum,
 His populis patria debita origo mea est.
 Quam Mediolanum sacram dixere puella
 Terram: nam vetus hoc Gallica lingua sonat.
 Culta Minerua fuit, nunc est, vbi numine Thecla
 Mutato matris virginis ante domum.
 Laniger huic signum sus est, animalq; bisforme,
 Acribus hinc fetis, lanitio inde leui.

A 3 Etymon

Erymon est Mediolani, à media lana inter
 fetas Sucleæ Ouillæ, aut Ouis suillæ in iacien-
 dis tantæ vrbis fundamentis casu repertæ, cu-
 ius dubia forma Heduorum (qui suem) & Bi-
 rurigum (qui arietem habent in publico sche-
 mate) insignia, vno in corpore cõprehendit.
 Quod quidẽ Symmieton sic auctori cõfudisse
 placuit. Nam vt nostratum Biturigum, (apud
 quos maioribus quàm quisquã alius stipen-
 dijs Ius Ciuile est interpretatus) publicã no-
 tam, fortasse habuit notam: Sic an Heduo-
 rum Urbicum signum certo noue-
 rit; nescio.

EMBLE-

EMBLEMA IIII.

Nunquam procrastinandum.

ALCIATAE gentis insignia sustinet Alce,
 Vnguibus & μανδένεον φέρει ἀναβαλλόμενος.

Constat Alexandrum sic respondisse roganti,

Qui tot obiisset tempore gesta breui?

Nunquã (inquit) differre volens, quod & indicat

Fortior hæc dubites, ocyor ãne fiet. (Alce

Alce Septentrionalis est fera, equi robore,
 cerui celeritate, citra morã cursus expediens,
 vt haud temerè vnquam capi possit. De cuius
 nomine ac natura deductum est **ALCIATI**
 nomen & Symbolon, ab Alexandro olim re-
 sponsum, ΜΗΔΕΝ ΑΝΑΒΑΛΛΟΜΕΝΟΣ,
 subindicante, maxima quãq; perfici viribus
 diligentia, & continuo cursu laborum, tam
 animi quàm corporis.

Tria hæc prima Emblemata in gratiam
 Principis Patriæ & Autoris perstruãta sunt,
 tanquam vestibulum ipsum operis. Ad quod
 deinde fit aditus, per id quod in orbe

summũ est, & primũ, nempe

Deum & Religio-

nem.

A 4 EMBLE-

EMBLEMA V.

Albutij ad Alciatum, suadentis vt de tumultibus Italicis se subducat: & in Gallia profiteatur.



Qua dedit hos fructus arbor, celo aduena nostro,
 Venit ab Eoo Persidis axe prius.
 Translatu facta est melior: quae noxia quondam
 In patria: hinc nobis dulcia poma gerit.
 Fert folium lingua, fert poma simillima cordi,
 Alciate hinc vitam degere discite tuam.
 Tu procul à patria in precio es maiore futurus:
 Multum corde sapis, nec minus ore valeas.

Perfi-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Perficum malum in Perside virulentum, in nostris regionibus aut innocuum, aut certe minus noxium transplantatione est factum, odore verò, gustu, & sapore longè quàm in Perside suauiori. Sic & homines præsertim literati apud exteros maiori quàm apud suos in precio habentur. Etenim

*NEMO PROPHETA IN
PATRIA.*

EMBLE-

EMBLEMA VI.

Firmissima conuelli non posse.



Oceanus quamuis fluctus pater excitet omnes,
 Danubiumq; omnem barbaram Turca bibas.
 Non tamen irrumpes perfracto limite: Caesar
 Dum Charolus populis bellica signa dabit.
 Sic sacra quercus firmis radicibus astant
 Sicca licet venti concutiant folia.

Hoc Emblema applaudit Carolo V. Imp.
 qui Turcas Vienna Austrasiæ
 arcuit.

EMBLE-

ANDREAE ALCIATI EMBL. 7

EMBLEMA VII.

Signa Fortium.

DIALOGISMVS.



*Q*uæ te causa mouet volucris Saturnia, magni,
Vt tumulo insideas ardua Aristomenis?
Hoc moneo. Quantum inter aues ego robore præsto,
Tantum Semideos inter Aristomenes.
Insideant timida timidorum busta columba,
Nos aquila intrepidis signa benigna damus.

Con-

ANDREAE ALCIATI EMBLE
Confictum est hoc Emblema in gratiam
Caroli Imp. qui Aquilam in scuto gestat, ip-
sum comparans fortissimo & inuicto
Duci Aristomeni Messe-
nio.

EMBLE

EMBLEMA VIII.

Princeps subditorum incolumitatem
procurans.



Tit. anij quoties conturbant aequora fratres,
Tum miseros nautas anchora iacta iuuat.
Hanc pius erga homines Delphin complectitur: imis
Tutius ut possit figier illa vadis.
Quàm decet hac memores gestare insignia Reges,
Anchora quod nautis se populo esse suo?

Φιλανθ-

ANDREAE ALCIATI EMBL:

Φιλάνθρωπος est Delphin, & futuræ tépesta-
tis præmonstrator: in qua & anchoram com-
plexâ tutò vt figatur dirigit, hominũ salutem
pro sua natura procurans. Ad cuius exemplũ
optimus quisq; princeps suos homines ama-
re debet, in aduersis adiuuare, & eorum salu-
tẽ curæ habere. Quapropter nonnulli Prin-
cipes maximi, & aliquot viri clari, Anchoræ
Delphino circumplexæ imaginem pro sym-
bolo aut sphragidio habuerunt, vt Seleucus,
Nicanor Rex, Imperator Augustus Cæsar, Al-
dus Manutius Romanus, nobilissimus apud
Venetos Typographus, nouissimisq; tempo-
ribus Philippus Cabotius, Gallici maris
Almyros. Tametsi non omnes eo-
dem, sed dissimili schema-
re & sensu.

EMBLE-

EMBLEMA IX.

Principis clementia.



Vesparum quod nulla vnquã Rex spicula figet:
 Quodq; alijs duplo corpore maior erit.
 Arguet imperium clemens, moderat aq; regna,
 Sancta aq; iudicibus credita iura bonis.

Vesparum seu potius Apum Rex cæteris in
 suo genere, & maior & fortior, aculeum ta-
 men, & pungentem acriter, & venenatú non
 habet, vt cæteræ. Sic & bonus Princeps quan-
 to potentior, tanto clementior est, & minus

B no-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

nocens, qualem fuisse constat magnificentum
illum, & nunquam satis laudatum, Iu-
lium Cæsarem, Imperatorem cle-
mentissimum.

EMBLE-

EMBLEMA X.

In Senatum boni Principis.

DIALOGISMVS.



Effigies manibus trunca ante altaria diuinum
 Hic residens: quarum lumine capta prior.
 Signa potestatis summi, et senatus
 Thebanis fuerant: hinc depicta viris.
 Cur resident? Quia mente graues docet esse quietam
 Iuridicos: animo nec variare leui.
 Cur sine sunt manibus? Capiant nexenia: nec se
 Pollicitis flecti muneribus sine sinant,
 Cecus at est princeps, quod solis auribus absq;
 Affectu, constans consilij acta probat.

B 12

Hxc

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Hæc est imago optimi Senatus apud Thebas florentissimam olim Bzotiz ciuitatem, Sedentium Senatorū quies animi bene compositi, & minime commoti prudentiam arguit. Nam (vt ait Philosophus) sedendo & quiescendo anima fit prudens. Manus amputatz, à munerum capiendorum corruptela alienos esse oportere Cōsiliarios indicant. Exoculatus autem princeps, notat Iudicis personam, Iudicijq; sententiam omni affectu & personarum acceptione orbam esse debere

EMBLE-

EMBLEMA XI.

Astinentia.

M *Armorea in tumulis vna stat parte columnæ
Urceus, ex alia cernere malluuium est.
Ius hac forma monet, dictum sine sordibus esse,
Defunctum puras atque habuisse manus.*

Iudex iustus à muneribus capiendis
abstinet.

B 3 EMBLE-

1874

M
Annotata sunt in hac parte columnae
I. recondita sunt in hac parte columnae
In hac parte columnae sunt recondita
Definitum est in hac parte columnae

Index in finibus capitulis

3

EMBLE

EMBLEMA XII.

Strenuorum immortale nomen.



Æ Acida tumulum Rhæteo in littore cernis,
 Quem plerunq̄, pedes visitat alba Thetis.
 Obregitur semper viridi lapis hic amarantho,
 Quod nunquam herois sit moriturus honos.
 Hic graium murus, magni nex Hectodis. Haud plus
 Debet Maonida, quam sibi Maonides.

B 4. Nullus

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Nullus vnquam Heros tanto laudatus est
preçonio, quanto Græcus Achilles ab Home-
ro est commendatus, teste vel Alexandro Re-
ge laudatissimo. Ex quo nunquam est inter-
moritura illius fama, quæ designatur purpu-
reo Amaranthi flore, nullis vnquam hyber-
nis rigoribus, coloris viuidi hono-
re deperditi.

EMBLE-

EMBLEMA XIII.

Gramen.



Gramineam Fabio patres tribuere corollam,
 Fregerat vt Pœnos Hannibalemq; mora.
 Occulit inflexo nidum sibi gramine Alauda,
 Vulgo aiunt, pullos sic fouet illa suos.
 Saturno Martiq; sacrum, quo Glaucus adeſo
 Polybides, factus creditur eſſe Deus.
 His merito arguitur nodis rutela ſaluſq;,
 Herbaq; tot vires hac digitalis habet.

B 5

EMBLE-

EMBLEMA XIII.

Optimus ciuis.



Dum iustis patriam Thrasybulus vindicat armis,
 Dumq; simultates ponere quemque iubet,
 Concors ordo omnis magni instar muneris, illi
 Palladia fertum frondis habere dedit.
 Cinge comam Thrasybula, geras hunc solus honorẽ,
 In magna nemo est amulus vrbe tibi.

Cum

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Cum nobilissima Athenarum Respublica factionibus intestinis diuisa, in triginta Tyrannorū seruitutem incidisset, qui optimos quosq; occiderūt, aut proscripserunt, reliquū populū miserè diuexantes, clarissimus ciuis Trasylbulus delecta clam fortium exulū manu, eaq; in urbem immissa Tyrannos inopinantes oppressit, libertatem restituit, bonos ciues ab exilio reuocauit, factiones cōposuit, legemq; tulit ratam habitam, vt ne quis præteritarum meminisset iniuriarum, odiorūque, quin omnes in Politica viuerent concordia. Propter quod egregium facinus ab vniuerso populo floribus certatim iactis conspersus, & Mineruali olea est coronatus. Cuius agalmate optimus quisque ciuis, suæ Reipublicæ amantissimus, & qui ab omnibus ametur, & honoretur, dignissimus intelligi potest.

EMBLE.

EMBLEMA XV.

Nobiles & generosi.

Aurea Cecropias necebat fibula vestes:
 Cui coniuncta tenax dente cicada fuit.
 Calceus, Artadico suberat cui lunula ritu,
 Gestatur patribus mullea Romulidis.
 Indigenas quod se adferrent hec signa tulerunt,
 Antiqua illustres nobilitate viri.

E terra enascuntur Cicadæ, & vnde ortæ sunt, ibidem viuunt, canunt, & moriuntur, nusquam aliò euolantes. Luna similiter singulis mensium Neomenijs nasci videtur, & crescere in suo eodem cœlo: Quapropter duo maximi & excellentissimi populi, Athenienses in Græcia, Romani in Italia, illi quidem Cicadam in Pallij fibula. Hi verò Lunæ crescentis Hemiciclum in calceis gestabant. His scilicet notis se ἀντίχθονας, nobiles indigenas, non aliunde aduenas cōtinuisq; successuum augmentis in suæ originis cœlo, & solo crescentes ostentabant.

EMBLE-



EMBLEMA XVI.

Ex arduis perpetuum nomen.



Crediderat platani ramis sua pignora passer,
 Et bene: ni seuo visa Dracone forent.
 Glutijt hic pullos omnes, miseramq; parentem
 Saxeus, & tali dignus obire necesse.
 Hac nisi mentitur Calchas, monumenta laboris
 Sunt longi, cuius fama perennis eat.

Decen-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Decennalis ad Troiam belli fuit hæc prognosis, à passerū numero, & postrema eorum cum matre deuoratione per fatalem serpentem, nec nō perpetuæ eius belli memoriæ per metamorphosin serpentis in æternæ duritiæ faxum. Atque ita hoc portentum in sacrificio vaticinatus est Calchas. Idolorum mythes in castris Græcorum ad Troiam.

EMBLE-

EMBLEMA XVII.

Duodecim certamina Herculis.

Ἀλληγορικῶς.



Robor inuicti superat facundia laudes:
 Dicta Sophistarum, laqueosq; resoluit inanes.
 Non furor, aut rabies virtute potentior vlla est:
 Continuum ob cursum sapienti opulenti a cedit.
 Spernit auaritia, nec rapto aut saenore gaudet.
 Vincit saemineos spoliatq; insignibus astus.
 Expurgat sordes, & cultum mentibus addit,
 Illicitos odit coitus, abigitq; nocentes.

C

Bar-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Barbaries, ferit asq; dat impia deniq; pœnam.

Vnius virtus collectos dissipat hostes.

Inuehit in patriam externis bona plurima ab oris:

Docta per ora virum volat & non interit vnquam.

Per Herculem Alexicacon (qui vir magnanimus, prudens, & eloquens fuisse perhibetur) intelligenda est coniuncta cum sapientia & vitute facundia. Ac per duodecim, quos exantlasse dicitur labores, *κατ' ἀλλήλοειαν*, ea sunt, intelligenda, quæ Emblema explicat.

EMBLE-

EMBLEMA XVIII.

Eloquentia fortitudine præstantior.



Arcum laeva tenet: rigidam fert dextera clauā,
 Contegit & Nemees corpora nuda leo.
 Hercules hac igitur facies? non conuenit illud
 Quòd vetus & senio tempora cana gerit.
 Quid quod lingua illi leuibus traiecta cathenis,
 Quis fissis facileis allicit aure viros?
 Anne quod Alciden lingua non robore Galli
 Præstantem, populis iura dedisse ferunt?
 Cedunt arma toga, & quamuis durissima corda
 Eloquio pollens ad sua vota trahit.

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Ex Luciano Rhetore sumpta est hæc Hercules Gallici Prosopographia, qua certe significabatur, Hercule tot populos subegisse, tot monstra confecisse, tot Tyrannos sustulisse, viæ viribus Eloquentiæ, iuris sapientia, & legum constitutione iustarum, quæ egregia sapientissimi Ogmij facinora, Græcia mendax postea, in armorum gesta deformavit, suoq; Herculi Sanguinacio Alci-
menæ filio adscripsit.

EMBLE-

EMBLEMA XIX.

Facundia difficilis.

Antidotum Aea medicata in pocula Circes,
 Mercurium hoc Ithaco fama dedisse fuit.
 Moly vocant, id vix radice euellitur atra,
 Purpureus sed flos, lactis & instar habet.
 Eloquij candor facundiaq̄, allicit omnes:
 Sed multi res est tanta laboris opus.

Per Homericum Moly, herbam radice nigra flore candido & purpureo, quod inuentu perdifficile est: Eloquētia venit intelligenda, à principio quidem obscura mox florens, per spicua & honorata, inuentu tamen difficilis, nisi felicibus ingenijs, sed quæ omnem superat maliciam, & ipsam habenti gratiam conciliat.

C 3

EMBLE

EMBLEMA XX.

Ex literarum studijs immortalitatem
acquiri.



Neptuni tubicen, cuius pars vltima cetum,
Aequoreum facies indicat esse Deum:
Serpentis medio Triton comprehenditur orbe,
Qui caudam inserto mordicus ore tenet.
Fama viros animo insignes, praeclearaq; gesta
Prosequitur: toto mandat & orbe legi.

C 4 Triton

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Triton Neptuni Tubicen, ex auditam eloquentiam, profundamque rerum scientiam, designat. Anguis in sese reuolutus, æternitatem: Concha personans, famam, quibus vnà conuenientibus, æterna scientiæ & eloquentiæ fama significatur.

EMBLÆ-

EMBLEMA XXI.

Insignia Poëtarum.



Gentilis clypeos sunt qui in Touis alite gestant,
 Sunt quibus aut Serpens, aut Leo signa ferunt:
 Dira sed hac vatum fugiant animalia ceras,
 Doctaq; sustineat stemmata pulcher olor.
 Hic Phœbo sacer, & nostra regionis alumnus,
 Rex olim veteres seruat adhuc titulos.

C 5 Cygnus,


ANDREAE ALCIATI EMBL:

Cygnus, olim Rex fuisse fertur, Phaëtonis
Germanus, nunc vero fluuiatilis auis, voce
canora, colore candida, Phœbo Musarum, &
Poëtarum Deo, sacratuſ, qui Poëtæ etiamnũ
Cygnum pro ſigno in ſuis ſtemmatis habent.
Nam Poëtæ .vt Reges ac Imperatores, trium-
phali Lauro coronatur, tanta libertate in ſcri-
bendo, quanta reges regnando vtuntur, bella
ordinatis carminibus, vt reges armatis homi-
nibus faciunt, ijsq; & pedestribus & eque-
ſtribus, fluuijs amœnisq; locis, vt olores dele-
ctantur, puri ſunt & candidi, canuntq;
ſuauiſſimum melos Cygneion
verſibus beneſonan-
tibus.

EMBLE.

EMBLEMA XXII.

Musicam dijs curæ esse.



Locrensis posuit tibi Delphice Phœbe cicadam,
 Eunomus hanc, palma signa decora sue.
 Certabat plectro Sparthyn commissus in hostem,
 Et percussa sonum pollice fila dabant.
 Trita fides rauco cœpit cùm stridere bombo,
 Legitimum harmonies & vitiare melos,
 Tum cithare argutans suavis sese intulit ales,
 Que fractam impleteret voce cicada fidem.
 Queq; allecta, soni ad legem descendit, ab altis
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.

Ergo

ANDREAE ALCIATI EMBL.
*Ergo tua vt firmus stet honos, ô sancte Cicada,
Pro Cithara hic fidicen aneus ipsa sedet.*


In Delphico Apollinis templo dicatum erat simulachrum lyræ in æs incisæ, insidentisque cicadæ, quæ chordæ deficientis sonû suo stridore suppleret, in memoriam victoriæ Eumeni aduersus Aristonem lyra certantis. Cui cum ipse vnâ ex fidibus fregisset: Cicada fortè superueniens concordi canere pro chorda rupta cõcinenti insperatam dedit victoriam, quæ non tam fortuna quàm fatali Deorum prouidentia opitulatrix venisse credita est.

Dij namque musicam curæ habent & diligunt.

EMBLÆ

EMBLEMA XXIII.

Fœdera.



Hanc citharã, à Lembi quæ forma halieutica fer-
 vendicat & propriã Musa latina sibi. (tur,
 Accipe Dux placeat nostrũ hoc tibi tempore munus;
 Quo noua cum socijs fœdera inire paras.
 Difficile est, nisi docto homini, tot tendere chordas
 Vnãq, si fuerit non bens tentã fides:
 Ruptãue (quod facile est) perit omnis gratia cõcha
 Illeq, præcellens cantus ineptus erit.

Sic

ANDREAE ALCIATI EMBL.

*Sic Itali coeunt proceres in foedera, concors
Nil est quod timeas, si tibi constet amor.
At si aliquis desciscat (vix plerumq; videmus)
In nihilum illa omnis soluitur harmonia.*

Concordis aut discordis Lyræ ad Maximilianum Mediolani Ducem missæ comparatio, cum foederibus ac factionibus Italicis. Indicans inuictam esse concordiam.

EMBLE-

EMBLEMA XXIII.


Fidei symbolum.



S Tet depictus Honos Tyrio velatus amictu,
 Eiusq̄ iungat nuda dextram Veritas.
 Sitq̄ Amor in medio castus: cui tempora circum
 Rosa it, Diones pulchrior Cupidine.
 Constituunt hæc signa fidem, reuerentia honoris
 Quam fouet, alit Amor, parturitq̄ Veritas.

Hæc est antiqua apud Sabinos D. Trai-
 dos præfiguratio, vel fidæ amicitia
 cultus, *πρὸς τὴν εὐσέβειαν*, honoris
 & veritatis.

EMBLE-



EMBLEMA XXV.

Concordia.



In bellum ciuile duces cùm Roma pararet,
 Viribus & caderet Martia terra suis:
 Mos fuit in partes turmis coeuntibus, easdem
 Coniunctas dextras mutua dona dare.
 Fœderis hac species, id habet Concordia signum,
 Vt quos iungit amor, iungat & ipsa manus.

Ciuilis fidei commune signum est Dex-
 tram iungere dextræ.

D EMBLE-



... bellum civile hunc eximium ...
... hunc & capere ...
... in parte ...
... hunc & ...
... hunc & ...

... hunc & ...
... hunc & ...

... hunc & ...

EMBLEMA XXVI.

Concordia in superabilis.



Ter geminos interfuerat concordia fratres,
Tanta simul pietas mutua, & vnus amor.
Inuicti humanis vt viribus ampla tenerent
Regna, vno dicti nomine Geryonis.

Concordia inuictos facit vniuersos, qui
singuli debiles forent.

D 2 EMBLE-



... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

EMBLEMA XXVII.

Vnum nihil, duos plurimum posse.



L Aërte genitum, genitum quoque Tydeos vnâ,
 Hac cera expressit Zenalis apta manus.
 Viribus hic præstat, hic pollet acumine mentis,
 Nec tamen alterius non eget alter ope.
 Cùm duo coniuncti veniunt, victoria certa est,
 Solùm mens hominem, dextrâue destituit.

D 3 Maxi-

: **ANDREAE ALCIATI EMBL.**

**Maximis rebus gerendis robur corporis, pru-
dentia animi indiget: itidem & prudens
animus corporis viribus & dex-
teritate opus ha-
bet.**

EMBLE-

EMBLEMA XXVIII.


Concordiæ symbolum.



Cornicum mira inter se concordia vitæ est,
 Mutua stat q̄, illis intemerata fides.
 Hinc volucres hac sceptrâ gerunt, quòd scilicet om-
 Consensu populi stant q̄, cadunt q̄, duces: (nes
 Quem si de medio tollas, discordia præcep-
 Aduolat, & secum regia fata trahit.


Hoc illud est quod Salustianus Micipsa di-
 xit, Concordia res parvæ crescunt, dis-
 cordia magnæ dila-
 buntur.

D 4 EMBLE-



EMBLEMA XXIX.

Non vulganda Consilia.



L Imine quod caco, obscura & caligine monstrū
 Gnostiācis clausit Dædalus in latebris:
 Depictum Romana Phalanx in prælia gēstat,
 Semiuiroq̄, nitent signa superba boue:
 Nosq̄, monent, debere ducum secreta latere
 Consilia, auctori cognita techna nocet.

Consilia in rebus maximè bellicis sunt
 occultanda.

D 5 EMBLE-

EMBLEMA XXX.


Silentium.



Cum tacet: haud quicquã differt sapientibus amens
 Stultitiã est index linguaq, voxq, sua.
 Ergo premat labia, digitoq, silentia signet:
 Et sese Pharium: vertat in Harpocratem.

Prudentiam hominis, aut stultitiam,
 sermo arguit.

EMBLE-



EMBLEMA XXXI.

Nec quaestioni quidem cedendum.



Cecropia effictam quam cernis in arce leanam,
 Hermodij (an nescis hospes?) amica fuit.
 Sic animum placuit monstrare viraginis acrem
 More ferae, nomen vel quia tale tulit.
 Quid fidibus contorta, suo non prodidit vllum
 Indicio, elinguem reddidit Iphicrates.

Meretricis exemplo amatoribus etiam
 per tormenta fidæ, Constantiæ
 plusquam virilis ostendi-
 tur imago,

EMBLEMA



1.º El terreno en el que se sitúa
 el edificio es de propiedad pública.
 2.º El edificio es de propiedad
 pública.
 3.º El terreno en el que se sitúa
 el edificio es de propiedad pública.
 4.º El edificio es de propiedad
 pública.
 5.º El terreno en el que se sitúa
 el edificio es de propiedad pública.
 6.º El edificio es de propiedad
 pública.
 7.º El terreno en el que se sitúa
 el edificio es de propiedad pública.
 8.º El edificio es de propiedad
 pública.
 9.º El terreno en el que se sitúa
 el edificio es de propiedad pública.
 10.º El edificio es de propiedad
 pública.

EMBLEMA XXXII.

Prudens magis quàm loquax.



Noctua Cecropijs insignia praestat Athenis,
 Inter aues sani Noctua consilij.
 Armifera meritò obsequijs sacrata Minerua est,
 Garrula quo cornix cesserat ante loco.

Noctua tacitæ prudentiæ nota erat Athe-
 nis, sapiëntiæ studia nobiles: Nam vt Noctua
 parum admodum vocalis est, at in tenebris
 oculatissima, sic & prudens verborum
 vir est paucorum, & in obscuris
 perspicax.

EMBLE.



EMBLEMA XXXIIL.

Prudentes. Problema.



*Iane bifrons, qui iam transacta, futuraq; calles,
 Quique retro sannas (sicut & ante) vides
 Tot te cur oculis, tot fingunt vultibus? an quod
 Circumspectum hominem forma fuisse docet?*

Sapientia sedē habet in capite. Proinde bi-
 ceps Ianus Sapientem signat: cui est prae-
 teritorum memoria, & futuro-
 rum providentia.

E EMBLE-



El presente tratado contiene una descripción
de las principales ciudades y villas de España
y de sus respectivos territorios, con un
detailed plano de cada una de ellas, que
servirá para el conocimiento de su
situación y extensión. En el presente
tratado se contiene una descripción
de las principales ciudades y villas de España
y de sus respectivos territorios, con un
detailed plano de cada una de ellas, que
servirá para el conocimiento de su
situación y extensión.

DE LA CATEDRAL DE MADRID

EMBLEMA XXXIIII.


Consilio & virtute Chimæram superari,
id est, fortiores & deceptores.



Bellerophō (vt fortis eques) superare Chimæram
Et Licij potuit sternere monstra soli.
Sic tu Pegaseis vectus petis athera pennis,
Consilioq; animi monstra superba domas.

Bellerophontis fabula, qui Chimæram in-
accessam montem superavit: docet dextima
Consilia viribus præstare in ijs conficiendis
quæ difficillima videntur.

El Ayuntamiento de Madrid, en virtud de las facultades conferidas por el Real Decreto de 10 de Mayo de 1900, y de acuerdo con el Consejo de Gobierno, acuerda lo siguiente:



Se acuerda que el Ayuntamiento de Madrid, en virtud de las facultades conferidas por el Real Decreto de 10 de Mayo de 1900, y de acuerdo con el Consejo de Gobierno, acuerda lo siguiente:

EMBLEMA XXXV.

Maturandum.



Maturare iubent properè, & cunctarier omnes,
 Ne nimium praeceps, neu mora longa nimis,
 Hoc tibi declaret connexum Echenèide telum,
 Hac tarda est, volitant spicula missa manu.

In omni actu necessaria est maturitas, virtus inter nimiam celeritatem actarditatem media, quæ Echeneide, cõcha naues remorante, & volucris iaculo, figurantur.

E 3 EMBLE-



... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...
... de la ... de la ... de la ...

EMBLEMA XXXVI.

Vigilantia & custodia.



Istantis quod signa canens det gallus òi,
 Et reuocet famulas ad noua pensa manus:
 Turribus in sacris effingitur, aerea mentem
 Ad superos peluis quod reuocet vigilem,
 Est leo: sed custos oculis quia dormis apertis:
 Templorum idcirco ponitur ante fores.

Duobus istis Animalium Agalmatis ad tem-
 pla statutis, admonetur Ecclesiasticus Pastor,
 gregem sibi commissum vigilantissimè cu-
 stodire.

E † EMBLE-

Ebrietas est vitanda, ingluviisque
ciborum,

Quippe caput stomachumque gravant,
fumisque cerebrum

Involvunt: Super hinc sequitur, som-
nusque diurnus.

Parvus edat, parvusque bibat, vir fortis
et agrus.

Exercere etiam corpus moderanter
apto

Tempore conducit multum, virosque
reducit,

Segnitiei robur frangit. Longa otia
nervos

debilitant, ignava quies effeminat
artus.

Hac sorto et ingenio ado-
lescenti Nicolad Stapelbergio,
in perpetuam sui memoriam
reliquit Rotgerus Berma-
nus. Anno 1586.

EMBLEMA XXXVII.

Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν, ἄφ' ὧρα ταῦτα
τῆς φρενῶν.

Sobriè viuendum & non temerè cre-
dendum.



NE credas, ne (Epicarmus ait) non sobrius esto,
Hi nerui humana membraq; mentis erunt,
Ecce oculata manus credens id quod videt: Ecce
Pulegium, antiqua sobrietatis olus:
Quo turbam ostenso sedauerit Heraclitus,
Mulxerit & tumida seditione grauem,

E 5 Ebrie-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Ebrietatis temulentia & credulitatis temeritas à sapiente absint. Oculus in vola manus, Certitudo est rerum sensu perceptarum.

Pulegium vero siti & vinolentia: contrarium.

•• EMBLE-

EMBLEMA XXXVIII.


Prudentes vino abstinent.



Quid me vexatis rami? sum Palladis arbor:
Auferte hinc botros, virgo fugit Bromium.

Sapientes, præsertim fœminæ, à vino
temperent.

EMBLE-



EMBLEMA XXXIX.

Vino prudentiam augeri.



HAec Bacchus pater, & Pallas communiter ambo
 Tempa tenent, soboles vtraque vera Iouis:
 Hec caput, ille femur soluit: huic vsus olui
 Debitus, inuenit primus at ille merum.
 Iunguntur meritò: quòd si qui abstemius odit
 Vina: Dea nullum sentiet auxilium.

Minerua doctorum ingeniorum praeses Bac-
 chus vini, vtriusque largitor Deus. Bo-
 num autem vinum acuit inge-
 nium, si moderatè su-
 matur.

EMBLE-

EMBLEMA XL.

Πῶ παρέβλω; Τὶ δὲ ἔρεξα. Τί μοι δῖον, ἔκ
τετέλιδα.



Italica Samius seſta celeberrimus autor
 Ipſe ſuum clauſit carmine dogma breui,
 Quò prætergreſſus? quid agis? quid omittiſ agendũ?
 Hanc rationem vrgens reddere quemque ſibi.
 Quod didiciſſe gruum volitantiũ ex agmine fertur,
 Arreptum geſtant qua pedibus lapidem:
 Ne ceſſent, neu tranſuerſas mala flamina raptent,
 Qua ratione hominum vita regenda fuit.

Omne

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Omne vitiū est aut in admissio malo (quod **NIMIUM** est) aut omissio bono (quod **NON**)
aut officio non satis præstito (quod **PARVM**
est agere.) Quorum exemplum Grues ostendunt,
quæ in volatu lapides viribus æquales
& iusto pondere libratos gestant. Ut ne nihil
tollant: ne nimium se efferant: ne parum sint
ad ventorum vim Saburratæ. Atque horum
trium rationem quotidie
sapiens à seipso exigit.

EMBLE.

EMBLEMA XLI.

Quà Dij vocant, eundum.



In triuio mons est lapidum, supereminet illi
 Trunca Dei effigies, pectore facta tenus.
 Mercurij est igitur tumulus. Suspende viator,
 Serta Deo rectum qui tibi monstrat iter.
 Omnes in triuio sumus, atq; hoc tramite vite
 Fallimur, ostendat ni Deus ipse viam.

In omni actu sequenda est natura Dux
 optima, quæ Dei est ordinatio
 & vocatio.

- F

EMBLE-

EMBLEMA XLII.

In Deo lætandum.



Aspice vt egregius puerum Iouis alite pictor
 Fecerit Iliacum summa per astra vehi.
 Quis ne Iouem tactum puerili credat amore?
 Dic, hæc Mæonius finxerit vnde senex?
 Consilium, mens atque Dei cui gaudia præstant:
 Creditur is summo raptus adesse Ioui.
 Spiritus ad Deum raptus, citra corporis
 solutionem, est Assensus diuinæ
 in omnibus ordina-
 tioni.

F a EMBL-

EMBLEMA XLIII.

Ανέχου καὶ ἀπέχου.



ET toleranda homini tristis fortuna ferendo est.

Et nimium felix saepe timenda fuit.

Sustine (Epictetus dicebat) & abstine. oportet

Multa pati, illicitis absq; tenere manus.

Sic ducis imperium vinctus fert poplite taurus

In dextro: sic se continet à gravidis.

Taurus validus, & ad venerem potens homini tamen longè infirmiori subserviēs, & à boue gruida abstinēs: Patientiæ & continentiæ præbet exemplum.

F 3

EMBLE-

Nicias, tam erat assiduus, ut famu-
los saepe rogaret, an lauisset, aut
pransus esset.

Ardua permagno, cunctos, supanda
Puluerulenta Ceres, natam dum ^{labore} querere
Edocet, accensis faubus: ne ~~membra~~ ^{ferat} fa-

Ardua, quae studiis potuit non ^{tigent} tangere
Edocet Esopus: montur, dum ^{quisqua} rana

Nititur, ingentem taurum ^{coaxans} superare
tumentis:

Tutius oporat iter medium: ne quid mi-
mum sit,

Pittacus edocuit: monito, puer, incip-
cepta

Sistere, si recidis, caveas, tua viscerulae
das.

Aera dum petimus, lapsus fert praemia
digna,

ΑΤΤΟ ΔΙΨΙΟ
ΤΟΝ ΗΥΕΙΝΟΝ, ΕΙΣΕΥ: ΤΟ ΕΙ ΨΥΧΟΝ, ΟΥΩΝ.
Fingemus, ac credito, uahilaeq; amicitia m-
lo sibi de iunior, Adolecenti, Nicolau Stra-
puler, in scripsit haec Johani a Karssen
braich. uov. 1586. 29 Januarii


EMBLEMA XLIIII.

Obdurandum aduersus vrgentia.



Ntitur in pondus palma, & consurgit in arcum,
 Quò magis & premitur, hòc mage tollit onus.
 Fert & odorat as bellaria dulcia glandes,
 Queis mensas inter primus habetur honos.
 I puer, & reptans ramus has collige, mentis
 Qui constantis erit, premia digna feret.

Quibuscunq; aduersis obuientibus,
 bene cœpta non sunt omittenda,
 quin constanter peragenda,
 ad felicitatis euentus
 finem.



EMBLEMA XLV.

In adulari nescientem.



*S*cire cupis dominos toties cur Thessalis ora
 Mutet, & vt varios quærat habere duces:
 Nescit adulari, cuiquàmue obtrudere palpum,
 Regia quem morem principis omnis habet.
 Sed veluti ingenuus sonipes, dorso excutit omnem,
 Qui moderari ipsum nesciat Hippocomon.
 Nec scire tamen domino fas vltio sola est,
 Dura ferum vt iubeat ferre lupata magis.
 Popularis rebellio ob iniquiorem Ma-
 gistratus administrationem
 concitatur.

F 5

EMBLE-



EMBLEMA XLVI.

Salus publica.

Phœbigena erectis Epidaurius insidet aris,
 Mitis, & immani conditur angue Deus.
 Accurrunt egri, veniatq; salutifer orant:
 Annuit, atque ratas efficit ille preces.

Æsculapius Appollinis filius (qui medicinam inuenit) idemque Medicinæ Deus habitus sæuiente in Italia acerbissima pestis lue Epidauero Romam aduectus est, ad grassantis morbi, remedium sub forma serpentis mansueti & innocui. Ad cuius aduentum cessauit pestilentia, & conualuere ægroti. Illius igitur serpentis imagine figurata est salus publica, Quod quidem & verius & conuenientius dici posset de Serpente æneo, quem Moses in deserto appendit. Cuius aspectus liberabat à mortis periculo, eos qui ab inflammatis anguibus essent præmorfi. Christum videlicet præfigurando in crucem sublatum, eundemq; verum animarum languentium Aesculapium.

EMBLE-

EMBLEMA XLVII.

Mutuuum auxiliium:



L Oripedem sublatũ humeris fert lumine captus:
 Et socij hac oculis munera retribuit:
 Quo caret alteruter, concors sic præstet vterq̃,
 Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

Natura (quæ nihil aliud est quàm Dei prouidentia) vni tribuit quod alteri ademit, ad hoc scilicet, vt homines hominum auxilio e-gentes congregarentur, & conuenirent in familias, Pagos, vrbes, ciuitates & re-gna, vt homo animal est sociabile.

EMBLE-

EMBLEMA XLVIII.

Auxilium nunquam deficiens.



B Ina pericla vnis effugi sedulus armis,
Cum premererq̄ solo, cum premererq̄, salo.
Incoluem ex acie clypeus me praestitit: idem
Nauisfragum apprensus littora ad vsque tulit.

Scutum Bellicū olim tantæ amplitudinis
erat: vt totū hominem tegeret, & à telis omni
ex parte defenderet. Ad hæc conuexa eius
parte, corpus sustentante flumen tranari
posset:

ANDREAE ALCIATI EMBL.

posset: Ut fecit Alexander, alioqui nandi im-
peritus. Cuius quidem scuti militaris imagi-
ne verus designatur amicus, nusquam in
quocunq; periculo deficiens, & in
omni rerum discrimine
auxiliator.

EMBLE

EMBLEMA XLIX.

Amicitia etiam post mortem durans.



A Rentem senio, nudam quoq₃ frondibus vlmum,
 Complexa est viridis vitis opaca coma.
 Agnoscit q₃ vices natura: & grata parenti
 Officij reddit mutua iura suo.
 Exemploq₂ monet, tales nos querere amicos,
 Quos neq₂ disiungat fœdere summa dies.

G

Verus.

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Verus amor est animorum, non coporum.
Animus porro immortalis est. Quare & ani-
mi amorem esse immortalem est necesse. Qui
amicis amicos officium benevolentiae presta-
re facit, non solum in vita, sed etiam post
mortem. Ut fecit Alexander
Hephaestioni.

Fidus amicus, germano non est post
habendus. EMBLEMA

Homerus Odys: Θ.

Η τις πρὸς καὶ ἑταῖρος ἀνὴρ κεχαιβός
ἑδλός. ἐπεὶ δὲ πάντα εἰδώς
καὶ πάντα ἐπί τῳ καὶ βίβητοιο
χρῆσιον.

E F U A M.
E D T C V.

Optima iudicis Adolescenti Nichao
Stapelbergio in perpetuam sui me-
morian scripsit Georgius Cocius
Ossenbrug.

EMBLEMA L.

Gratiz.



Tres Charites Veneri assistunt, dominamq, sequuntur
 Hincq, voluptates, atq, alimenta parant. (tur,
 Latitiam Euphrosyne, speciosum Aglaia nitorem,
 Suadela est Pithus, blandus & ore lepos.
 Cur nuda? mentis quoniam candore venustus
 Constat, & eximia simplicitate placet.
 An qui nil referunt ingrati: atque arcula inanis,
 Est Charitum? qui dat munera, nudus eget,
 Addita cur nuper pedibus talaria? bis dat
 Qui citò dat, minimi gratia tarda pretij est.

G 2

Impf.

ANDREAE ALCIATI EMBL.

*Implicitis vlnis cur vertitur altera? gratis
Fœnerat. huic remanent vna abeunte dua.
Iuppiter ijs genitor, cœli de femine diuus,
Omnibus acceptas edidit Eurynome.*

Læticia, Pulchritudo, & Suauiloquentia;
tres sunt Gratia, neminem nō ad sui amorem
allicientes: quas nudas esse oportet citra simu-
lationem, promptas & celeres, ad obsequium
mutuo amore, ac benigna liberalitate
coniunctas, ex bonis ingenijs or-
tas, & deniq; omnibus
gratas.

EMBLÉ

EMBLEMA LI.

Litera occidit, Spiritus viuificat.



Vipereos Cadmus dentes vt credidit aruis,
 Seuit & Aonio femina dira solo:
 Terrigenum clypeata cohors exorta virorum est,
 Hostili inter se qui cecidere manu.
 Euasere quibus monitu Tritonidos armis
 Abiectis data pax, dextraq; iuncta fuit.
 Primus Agenorides elementa, notasq; magistris
 Tradidit,ijs suauem iunxit & harmoniam,
 Quorum discipulos contraria plurima vexant,
 Non nisi Palladia qua dirimuntur ope.

G 3 Cadmus

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Cadmus Regis. Agenoris filius, natione
 Phoenix, primus litteras ex Asia in Europam
 transtulit, & eas per totam Græciam dissemi-
 nauit. Ex quo prodijt fabula de Draconis den-
 tibus disseminatus, ex quibus armati exiliere
 homines, mutuis vulneribus qui se omnes pe-
 remere: Et quinque tantum reliquis à Miner-
 ua pacificatis, & in numerosam postea gentē
 multiplicatis. Serpens sapientia est siue *ἐγκυκ-
 λωπαιδεία*. Sati dentes sunt acutæ: ac subtiles li-
 teræ, per totam Hellada sparsæ. Armati ex illis
 emergentes sunt homines literati, artium &
 scientiarū panoplia instructi, qui mutuo ze-
 lo aut liuore sese inuicem conficiunt, nisi Pal-
 lados (quæ sapiētiz est Dea) monitis in gratiā
 reducantur, & concordiam: qui demum mul-
 tiplicati quotidie crescunt in infinitum
 numerum. Adeò vt timendum sit, ne
 tandem plures sint quàm
 Vfus postulet, otij
 amore.

EMBLE.

EMBLEMA LII.

Scyphus Nestoris.



Nestoreum geminis cratera hunc accipe fundis,
 Quod grauis argenti massa profudit opus.
 Clauiculi ex auro: stant circum quattuor ansæ:
 Vnam quanque super fulua columba sedet.
 Solus eum potuit longæuus tollere Nestor,
 Meonida doceas quid sibi musa uelit?
 Est cælum scyphus ipse: color argenteus illi est:
 Aurea sunt cæli sydera clauiculi.
 Pleiadas esse putant, quas dixerit ille columbas,
 Umbilici gemini, magna minorq; fera est.

G 4 Hæc

ANDREAE ALCIATI EMBL.

*Hæc Nestor longo sapiens intelligit usu:
Bella gerunt fortes, callidus astra tenet.*

Per Nestoris cratherem sic depictum apud
Homerû signatur Astronomia, Ars ab longa,
& antiqua obseruatione profecta, certissimi
consilij scientia, & quæ in rebus arduis
plus habet momenti quàm ro-
busti corporis vi-
res.

EMBL.

EMBLEMA LIIL

Antiquissima quæquæ commentitia.

APOLOGESIS.

Palleneæ senex, cui forma est histrica, Proteu,
 Qui modo mēbra viri fers, modo membra feri.
 Dic age, quæ species ratio te vertit in omnes,
 Nulla fit vt ratio certæ figuræ tibi?
 Signa vetustatus, primaui & præfero sæcli:
 De quo quisque suo somniat arbitrio.

Derebusiam olim obsoletis, antiquatisq;
 & extra omnium hominum memoriam lon-
 ge positis, vnusquisq; pro phantasia sua som-
 niat. Adeo vt antiquissimarum eiusmodi re-
 rum à primis temporibus repetitarū scripto-
 res inter se minime conueniant. Quin mon-
 strosam quandam Historiæ formā varijs scri-
 ptionibus sibi ipsi dissimilē faciunt, qualem
 fingunt Poëtæ Protea antiquissimum ma-
 ris Deum senem πολύμορφος, & sub-
 inde vultus mutantem in
 qualibet rerum
 species.

G 5 EMBLE-

EMBLEMA LIIII.

Dicta septem sapientum.

Hæc habeas, septem Sapientum effingere dicta,
 Atque ea picturis qui celebrare velis.
 Optimus in rebus modus est (Cleobulus ut inquit)
 Hoc trutina examen, siue libella docet.
 Noscere se Chilon Spartanus quemq; iubebat,
 Hoc specula in manibus, utraq; sumpta dabunt.
 Quod Periander ait, frana adde Corinthius ira?
 Pulegium admotum naribus efficiet.
 Pittacus at ne quid (dixit) nimis: hac eadem aiunt,
 Contracto qui Gith ore liquefaciunt.
 Respexisse Solon finem iubet, vltimus agris,
 Terminus haud magno cesserit ipse Ioui.
 Heu quam vera Bias, est copia magna malorum
 Musmoni insideat effice Sardus eques.
 Ne præsto esto (Thales dixit) sic illit a visco
 In laqueos sociam parra, meropsq; trahit.

Hæc sunt Apophthegmata, memorabilesq;
 sententiæ septem virorū, qui in Græcia sapien-
 tes sunt habiti, earumq; rerum imagines per
 quas figurari possunt Cleobuli Statera medio
 critaet significat. Chilonis speculū, sui ipsius
 cognitionem. Pulegiū Periandri iræ modera-
 tionem. Pulegium namq; per inferiorabilem
 purgat, naribus admotum lipothymix mede-
 tur Gith Pitaci luxum prohibet. Est etenim
 Gith

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Cith semen minutum quod modice cibus admixum dat saporis gratiam: nimum vero necat, aut conuellit. Solonis terminus (cuius ante facta est descriptio) admonet, cōsiderandum esse in omnibus finem maxime mortis. Sardus eques in Musmone Biantis nota, malorum multitudinē signat. Sarda enim gens mala male audit. At Musmō Mulus est è Corfica, non maior capra, cæterū iniquæ mentis bestia, Vtriusque autem magna est copia. Denique Merops illaqueata, quæ cæteras in reia allectat, Thaletis nota dehortatur sponsonem facere. Nam qui vel corpore, vel bonis pro alio sponsor est, & se vadem constituit, libertatem suam in seruitutem & periculum adducit.

EMBLE-

EMBLEMA LV.

Doctorum agnomina:

Moris vetusti est, aliqua professoribus
 Super adijci cognomina.
 Faciles apertosq̄, explicans tantum locos
 Canon vocatur Curtius.
 Reuoluitur qui eodem, & iteratq̄, nimis
 Meander vt Parisius.
 Obscurus & confusus, vt Picus fuit,
 Labyrinthus appellabitur.
 Nimis breuis, multa amputans, vt Claudius,
 Mucronis agnomen feret.
 Qui vel columnas voce rumpit, Parpalus,
 Dicitur truo est scholasticis,
 Contra est vocatus, tenuis esset Albius
 Quid voce, versperitilio.
 At vltimas mutilans colobotes syllabas,
 Hirundo Crassus dicitur.
 Qui surdus alijs, solus ipse vult loqui,
 Vt sturnus in prouerbio est.
 Hic blesus, ille raucus, iste garriens,
 Hic sibilat ceu vipera,
 Tumultuatur ille rictu, & naribus,
 Huic lingua terebellam facit.
 Singultit alius, atque tussit hesitans,
 Conspuit alius vt psecas.
 Quam multa rebus vitia in humanis agunt,
 Tam multa surgunt nomina.

EMBLE-

1901

El Ayuntamiento de Madrid ha acordado en sesión de 10 de Mayo de 1901, lo siguiente:

1.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

2.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

3.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

4.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

5.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

6.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

7.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

8.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

9.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

10.º Que se conceda a don Juan de Dios Rodríguez, natural de Madrid, vecino de la villa de San Lorenzo de El Escorial, la concesión de un terreno de 100 metros cuadrados, sito en el barrio de San Lorenzo de El Escorial, para edificar un edificio de viviendas.

EMBLEMA LVI.

Doctos doctis obloqui nefas esse.



*Q*uid rapis heu Progne vocalem seu a cicadam,
 Pignoribusq, tuis sercula dira paras?
 Stridula stridentem, vernam verna, hospita ladis
 Hospitam, & aligeram penniger ales auem?
 Ergo abijce hanc pradam, nam Musica pectora sum-
 mum est,
 Alterum ab alterius dente perire nefas.

Vulgari

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Vulgari parœmiã jactari solet acerba esse
tempora, quibus lupus lupinam est. Atqui a-
cerbior est iniquitas; cū doctus & facundus,
erudito & eloquenti obtrectat. Quod intelle-
xisse videtur Pythagoras, prohibeas Hirundi-
nem in domum recipi. Hæc etenim cicadam
deuorat, volatilem, Musis amicam, can-
tatricem; & verna ipsa similiter
volucres, musica & ve-
ris nuncia.

EMBLE

EMBLEMA LVII.

Natura, seu vis naturæ.

Pana colunt gentes (*naturam hoc dicere rerum est*)
Semicaprumq̄, hominem, seniuiurumq̄, Deum.
Est vir pubetenus, quod nobis insita virtus,
Corde oriens, celsa verticis arce sedet.
Hinc caper est, quia nos natura in secula propagat
Concubitu, vt volucres, squamea, Bruta, feras,
Quod commune alijs animantibus, est caper index
Luxuria, Veneris signaq̄, aperta gerit.
Corde alijs sapiam, alijs tribuere cerebro,
Inferiora, modus nec ratio vlla tenet.

Egregium Emblema, docens hominem iuxta diuersas sui corporis partes, superiores, scilicet, & inferiores, diuersæ pariter esse naturæ. Supra quippe Diuinæ. Rationabilis a humanæ. Supra verò Belluinæ, atque etiam Diabolicæ. Proinde Hominem in sua mixta natura esse animal vniuersum, siue omne, quod Græcis est Pan: ideoque Pan. Anthropotragos partim homo, partim hircus pingi solet.

H EMBLE-

...colunt gentes (quod in hoc die certum est)
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo

...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo
...dicitur quod homines sunt in mundo

...dicitur quod homines sunt in mundo

...

EMBLEMA LVIII.

Ars Naturam adiuuans.

VT *sphaera Fortuna, cubo sic insidet Hermes:
 Artibus hic, varijs casibus illa praest.
 Aduersus vim Fortune est ars facta: sed artis
 Cum fortuna mala est, saepe requirit opem.
 Disce bonas artes igitur studiosa iuuentus,
 Quae certa secum commoda sortu habent.*

Ars & Opificium quaestuarium hominem
 attollit, prostram volubilis fortunæ acciden-
 tibus, vt morbo, Naufragio, incendio,
 si vlna ludo, & eiusmodi for-
 tuitis casibus.

H 2 EMBLE-

EMBLEMA LIX.

In iuuentam.

Natus uterq; Iouis, tener atque imberbis uterq;
 Quem Latona tulit, quem tulit & Semele,
 Saluete, aeterna simul & florete iuuenta,
 Numine sit vestro qua diuturna mihi.
 Tu vino curas, tu victu dilue morbos,
 Vt lento accedat sera senectus pede.

Phœbus artis medicæ, inuektor, Bacchus
 vini, Cura & luxus senium accelerant, Dixta
 medicinæ pars, luxui medetur. Vinum
 curas abigit. Ergo vinum modera-
 tē sumptum iuuentutem
 conseruat.

H 3 EMBLE-

In unum...
 Quam Latona...
 aliter...
 Ratione...
 in vino...
 In tanto...

phedra...
 i. Cum...
 medicina...
 cura...
 et...
 consistat.

H. 3. E. 11. 11.

EMBLEMA LX.

In quatuor tempora anni.

A Duenisse hyemem fringilla renuncia tales,
Ad nos vere nouo garrula hirundo redit.
Indicat astatem sese expectare cuculus.
Autumno est tantum cernere sicedulas.

H ← EMBLE

EMBLEMA LXI.

In colores.

Index mœstitiæ est pullus color: vt imur omnes
 Hoc habitu, tumulis cum damus inferias.
 At sinceri animi, & mentis stola candida pura,
 Hinc syndon sacris linea grata viris.
 Nos sperare docet viridis. Spes dicitur esse
 In viridi, quoties irrita retro cadit.
 Est cupidis flauus color, est & amantibus aptus:
 Et scortis, & queis spes sua certa fuit.
 At ruber armatos equites exornat amictus
 Indicer & pueros erubuisse pudor.
 Cœruleus nautas, & qui cœlestia vates
 Attoniti nimia religione petunt.
 Vilia sunt giluis natiuaq; vellera birris:
 Qualia lignipedes stragula habere solent.
 Quem cura ingentes cruciant, vel Zelus amoris,
 Creditur hic fulua non malè veste tegi.
 Quisquis sorte sua contentus, Lanthina gestet,
 Fortune æquanimis tædia quique ferat.
 Vt varia est natura coloribus in gignendis,
 Sic alijs aliud: sed sua cuique placent.

Colorum significationes sunt diuersæ, pro
 diuersis hominum vsurpantium affectibus,
 conuenientissimæ tamen sunt quæ proxime

H s ad

ANDREAE ALCIATI EMBLE

ad naturam accedunt. Ut candor sit innocen-
tia ac puritatis vel simplicitatis signifi-
cacio. Rubor, Pudoris, Nigror, Lu-
ctus, aut Mortis viror spei,
& eiusmodi.

EMBLE

EMBLEMA LXII,

In dies meliora.

Rostra nouo mihi setigeri suis obtulit anno.
 Hacq; cliens ventri xenia (dixit) habe.
 Progreditur semper, nec retro respicit vnquam,
 Gramina cum pando proruit ore vorax.
 Cura viris eadem est, ne spes sublapsa retrorsum
 Cedat: & vt melius sit, quod & vltcrius.

Rustica comparatio Porci progredientis ad
 Carolum V. Imperatorem, eiusq; sym-
 bolon *VLTERIVS*, quo ostendi-
 tur semper in melius pro-
 gredendum.

EMBLE-

Oficio de...
Hacienda...
Gabinete...
Caja de...

de...
...
...
...

EMBE...

EMBLEMA LXIII.

Omnia mea mecum porto.

Hannus inops Scythiciq₃, miserrimus accola ponti,
 Vstus perpetuo liuida membra gelu.
 Qui Cereris non vouit opes, nec dona Lyzi,
 Et pretiosa tamen stragula semper habet:
 Nam Murrina illum perstringunt vndiq₃ pelles,
 Lumina sola patent, cetera opertus agit.
 Sic firem haud metuit, sic ventos temnit & imbres,
 Tutus apudq₃ viros, tutus apudq₃ deos.

EMBLE-

EMBLEMA LXIII.

Paupertatem summis ingenijs obesse ne
prouchantur.



DExtra tenet lapidem: manus altera sustinet alas,
Vt me pluma leuat: sic graue mergit onus.
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas inuida deprimeret.

Non pauci iuuenes felicibus ingenijs ma-
xima exequi possent: si rem haberent,
qui circa minima laborant co-
gente inopia.

EMBLE-

EMBLEMA LXV.

Virtuti, Fortuna comes.



Anguibus implicitis, geminis caduceus alis:
 Inter Amalthææ cornua rectus adest
 Pollentes sic mente viros, fandiq; peritos
 Indicat ut rerum copia multa beer.

Artium & eloquentiæ Deus est Mercurius,
 Serpens est sapientia, caduceus, fa-
 cundus sermo qui diserto sa-
 pienti nunquam
 deest.

I EMBLE-

ANDREAE ALCIATI EMBL. 66
EMBLEMA LXVI.

Tandem tandem Iusticia obtinet.



Æ Acida Hæctoreo perfusum sanguine scutum,
Quod Græcorum Itacho concio iniqua dedit:
Iustior arripuit Neptunus in æquora iactum
Naufragio, ut dominum posset adire suum.
Littoreo Aiæcis tumulo namq; intulit vnda,
Quæ boat, & tali voce sepulchra ferit.
Viciisti Thelamoniada, tu dignior armis.
Affectus fas est cadere iustitiæ.

I 2 EX

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Ex historia armorum Achillis iniusto Graecorum aresto adiudicatorum Vlysi; contra Aiacem, (qui iudicij indignitate seipsum interfecit) & naufragi Clypei ad sepulchrū eius appulsi euentu, intelligendum est, Iustitiam tandem omnes hominum calumnias, iniquosq; fauores superare.

EMBLE-

EMBLEMA LXVII.

Bonis à diuitibus nihil timendum.



Iunctus contiguo Marius mihi pariete, nec non
 Subbardus, nostri nomina nota fori,
 Aedificant bene nummati, sat agunt quæ vel ultra
 Obstruere heu nostris undique luminibus.
 Me miserum, gemina quem tanquam Phineas raptat
 Harpyia, ut proprijs sedibus eiciant.
 Integritas nostra, atque animus quaesitor honesti,
 His nisi sint Zetes, his nisi sint Calais.

I 3 Fabula

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Fabula Phineï, & Harpyarum Regiam eius
infestantium, (quas Calais & Zethes volucres
pueri fugarint) indicat plerosq; viros bonos
possessionibus suis extrudi, per opulen-
tos vicinos, nisi bono animo ac
virtute vindicen-

THE.

EMBLA.

EMBLEMA LXVIII.

Spes proxima.



In numeris agitur res pub. nostra procellis,
 Et spes ventura sola salutis adest: ☉
 Non secus ac naus medio circum aquore, venti
 Quam rapiunt, falsis iamq, fatiscit aquis.
 Quod si helena adueniant lucentia sydera fratres
 Amisos animos spes bona restituit.

I 4

Meta-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Metaphora à nauì tempestatibus acta, ad
Remp. thurationibus vexatam: itemq; à Dio-
scurorum luminibus salutiferis, ad ciuitatum
defensores, aut boni Principis, vel Guberna-
toris aduentum. Qui Castoris, & Pollucis
ignes in tempestate gemini appa-
rentes, proximam salutem
nautis pollicen-
tur.

EMBLE



EMBLEMA LXIX.

In simulacrum spei.

DIALOGISMVS.



Qua Dea tam lato suspectans sidera vultu?
 Cuius peniculus reddit a imago fuit?
 Elpidij fecere manus: Ego nominor illa,
 Que miseris promptam Spes bona praestat opem.
 Cur viridis tibi palla? Quod omnia me duce vernēt.
 Quid manibus mortis tela refracta geris?
 Quod viuos sperare decet, praecido sepultis:
 Cur in dolioli tegmine pigra sedes?

I s Solo

ANDREAE ALCIATI EMBL.

*Sola domi mansi volitantibus vndiq; noxiis,
Ascrixi vt docuit mīsa verēda senis.
Que tibi adest volucris? Cornix fidissimus oscen.
Est bene cum nequeat dicere, dicit: Erit.
Qui comites? Bonus euentus, præcepſq; Cupido,
Qui præcunt? Vigilum somnia vana vocant.
Qua tibi iuncta astat? Scelerū Rhamnusia vindex,
Sciſcet vt speres nil nisi quod liceat.*

Spei descriptio, quæ lætum hominem reddit, adusq; mortem comitatur, nec etiam morte relinquit, quæ vnū est calamitosi solatium nihil non expectat, meliusq; semper in crastinum & ad votū sibi somnia fingit. In summa iucundissima est, & optima comes nisi cum arrogantior est, & immodesta. Spes namq; ambitioſas & immoderatas vlciscitur vindex Nemesis contraria temere, aut nimium sperantibus.

EMBLE

EMBLEMA LXX.

Illicitum non sperandum.



*Spes simul, & Nemesis nostris altaribus adsunt,
Scilicet ut speres non nisi quod liceat.*

Ultio vana s temerarium spes præsum-
ptas prosequitur.

EMBLE-



Illegible text block

Illegible text block

Illegible text block

EMBLEMA LXXI.

Nec verbo nec facto quenquam læ-
dendum.




A ssequitur, Nemesisq, virum vestigia seruat,
 Continet & cubitum, duraq, frena manu.
 Ne malè quid facias, nèue improba verba loquaris
 Et iubet in cunètis rebus adesse modum.

Nemesis Dea est malè actorum, aut improbè
 dictorù vindex, cuius formido manum
 à maleficio, linguam à maledi-
 cto cohibet.

EMBLE-

El Ayuntamiento de Madrid
presenta



El Ayuntamiento de Madrid
presenta
una serie de obras de arte
que se exhiben en el
Museo de Arte Moderno
de la ciudad de Madrid.
Estas obras son de
autoría de artistas
españoles y extranjeros.
Se trata de una muestra
de gran importancia
cultural y artística.
El Ayuntamiento de Madrid
tiene el honor de presentar
esta exposición.

EMBLEMA LXXII.

Gratiam referendam.



Aerio insignis pietate Ciconia nido,
 Inuestes pullos pignora grata fouet.
 Taliq̄, expectat sibi munera mutua reddi,
 Auxilio hoc quoties mater egebit anus.
 Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
 Corpora fert humeris, praestat & ore cibos.

Volucrum exemplo docentur homines avari-
 αία εἶν quod est acceptam à parentibus
 educationem iisdem, referre se-
 nio defectis.

EMBL.



... ..
... ..
... ..
... ..
... ..

... ..
... ..
... ..

EMBLEMA LXXIII.

Pietas filiorum in parentes.



PER medios hosteis patria, cum ferret ab igne
 Aeneas humeris dulce parentis onus.
 Parcite (dicebat) vobis sene adorea rapti
 Nulla erit: erepto sed patre summa mihi.

Magna certe gloria est filio, ei vitam aut resti-
 tuere, aut tueri abs quo vitam acceperit,
 nempe parenti. Quod laudatissi-
 mum Aeneæ factum ce-
 lebratur.

K

EMBLE-

ANDREAE ALCIATI EMBL. 64
EMBLEMA LXXIIII.

Amor filiorum.



Ante diem vernam boreali cana palumbes
Frigore nidificat. praecoqua & oua fouet:
Mollius & pulli vt iaceant. sibi vellicat alas,
Qui is nuda hyberno deficit ipsa gelu.
Ecquid Colchi pudet, vel te Progne improba? mortē
Cum volucris propria prolu amore subit?

Palumbis quæ exclusorum in hyeme pullo-
rum gratia fouendorum seipsam deplumat &
alget: exemplum matribus est pietatis, oppro-
brium verò illis, quæ suos infantulos aut in-
curia perire sinunt, aut etiam necant, vt Pro-
gne, & Medea.

K 2 EMBLE-

EMBLEMA LXXV.

Custodiendas virgines.



Vera hæc effigies innuptæ est Palladis: eius
 Hic Draco, qui domina consilit ante pedes.
 Cur diuæ comes hoc animal? Custodia rerum,
 Huic data: sic lucos, sacraq; templa colit.
 Innuptas opus est cura asseruare puellas
 Peruigili, laqueos vndiq; tendit amor.

Pallas virgo, puellas virgines, Draco vi-
 gilearum custodiam si-
 gnificat.

K 3

EMBLE-

EMBLEMA LXXVI.

In pudoris statuam.

Penelope desponsa sequi cupiebat Vlysssem,
 Ni secum Icarus mallet habere pater.
 Ille Ithacã, hic offert Sparten, manet anxia virgo,
 Hinc pater, inde viri mutuus vrget amor.
 Ergo sedens velat vultus, obnubit ocellos,
 Ista verecundi signa pudoris erant.
 Queis sibi pralatum Icarus cognouit Vlysssem,
 Hoc q̃ pudori aram schemate constituit.

Græcorum scriptis omnium fœminarum
 castissima celebratur Penelope. Quapropter
 illius Statua in ara est collocata inter duos v-
 trinque viros media, alterum quidẽ Icarium
 patrem Spartæ Principem iam senem & effos-
 ctum: alterum verò Vlysssem suum, Ithacæ Re-
 gem, iuuenem & succulentum, quem versus
 certè conuertitur: sed manu tamen oculis op-
 posita, casto & verecundo nimirum pudore,
 huius quod natura iubet, & fas est, nempe
 parente relicto coniugem
 sequi.

K 4 EMBLE-

El presente informe tiene por objeto dar cuenta de los trabajos realizados durante el año 1917 en el Instituto de Estadística, y de los resultados obtenidos en el estudio de los problemas que se han planteado en el curso de dicho año. El informe está dividido en dos partes: la primera trata de los trabajos realizados en el campo de la estadística general, y la segunda de los trabajos realizados en el campo de la estadística especial. En la primera parte se describen los trabajos realizados en el estudio de los problemas de la estadística general, y en la segunda parte se describen los trabajos realizados en el estudio de los problemas de la estadística especial. El informe termina con un resumen de los trabajos realizados durante el año 1917, y con algunas conclusiones que se han derivado de los mismos.

EMBLEMA LXXVII.

Pudicitia.

Porphirio domini si incestet in adibus vxor,
 Despondet q̄, animum, præq̄, dolore perit.
 Abdita in arcanis nature est causa, sit index
 Sincere hac volucris certa pudicitia.

K S EMBLE-

Declaracion de la Comision de la verdad
de la Comision de la verdad
de la Comision de la verdad
de la Comision de la verdad

2000 1 1

EMBLEMA LXXVIII.

Mulieris famam non formam vulgatam
esse oportere.

DIALOGISMVS.



Almavenus quamam haec facies, quid denotat illa
Testudo, molli quam pede Diua premis?
Me sic effinxit Phidias, sexumq; referri
Femineum, nostra iussit ab effigie.
Quodq; manere domi, & tacitas decet esse puellas,
Supposuit pedibus talia signa meis.

Testudo

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Testudo sane omnino muta est, aphona, &
aloga, concha nunquam egrediens, interna
substantia melior quàm externa forma pul-
chrior: Talis esse debet proba matrona pacifi-
ca, tacita, domi assidua, foris incognita (vt
in Italia esse feruntur) nam animam
non formam Mulieris vul-
gatam esse oportet.

EMBLE.

EMBLEMA LXXIX.

Reuerentiam in matrimonio requiri.

Cum furit in Venerem, pelagi se in litore sistit
 Vipera, & ab stomacho dira venena vomit.
 Mure namq̄, ciens, ingentia sibila tollit,
 At subito amplexus appetit illa viri.
 Maxima debetur thalamo reuerentia, coniunx
 Alternum debet coniugi & obsequium.

Prudentis serpentis exemplum, qui cum
 Murena congressurus prius venenū euomit,
 ea vero sibilo euocāti paret, & ad eū mox ad-
 natat. Sic & coniugatos oportet cum amoris
 connubialis reuerentia mutua conuenire, &
 coire: omni prius affectu malo ex ani-
 mis eiecto, & simul cum vesti-
 mentis deposito.

EMBLEMA

ANDREAE ALCIATI EMBL.
EMBLEMA LXXX.

80

In fidem vxoriam.



Ecce puella, viro qua dextra iungitur. Ecce
Vt sedet: vt catulus ludit at ante pedes.
Hac fidai est species: Veneris quam si educat ardor,
Malorum in laua non malè ramus erit.
Poma etenim Veneris sunt, sic Scheheida vicit
Hippomenes, petijt sic Galathea virum.

Cōiugio interuenit amor, & fides. Vtriusq;
signū est. Canis fidus comes, & Domini ama-
tor. At quoniā fidelis ille amor cōiugij, vt plu-
rimum fouetur, & redintegratur corporū coi-
tu. Aptissimè cōuenit arbor pomus frugifera.
Pomum

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Pomum etenim Veneri sacrum est, cui aureum
illud adiudicatum fuit. Quinetiam Hippo-
menes Atalanta aurei mali iactu in peridro-
mo superata potitus est. Deniq; Galathea pa-
storem amasium malo petijt ipsum lasciuia
prouocans. Poma igitur Veneri conueniunt.

Venus connubiali fidei, & amori fouen-
do, fidem & amorem Cate-
lus indicat meli-

lus indicat meli-

cus.

EMBLE

EMBLEMA LXXXL

In fœcunditatem sibi ipsi damnosam.



L Vdibrium pueris lapides iacentibus, hoc me
 In triuio posuit rustica cura nucem.
 Qua laceris ramis perstrietoq; ardua libro,
 Certatim fundis per latus omne petor,
 Quid sterili posset contingere turpius? cheu,
 Infelix, fructus in mea damna fero.

Liberorum generatio naturalis quidē est
 lætitia, verum perniciosa, & pœnitenda: quo-
 ties parentū ruina, infamix, aut mortis sunt
 in causa. Quemadmodum nucis fructus in
 causa est, vt arbor de qua productus est, saxi
 sudibusq; petatur, ramiq; eius diffringantur.

L EMBLE-




EMBLEMA LXXXII.

Nupta contagioso.

D *II meliora pijs (Mezenti) cur age sic me
Compellas? emprus quod tibi dote gener,
Gallica, quem scabies dira & mentagra perurit:
Hoc est quidnam aliud (dic mihi) seu pater)
Corpora corporibus, quàm iungere mortua viuis,
Efferaq; Hetrusci facta nouare duci?*

Mezentius Hetururiz Dux immanissima crudelitate mortua inungebat corpora, viuis foetidisque cadaueribus viuos homines conuinciebat, foetore exanimans, sic vt mortui vi occiderent. Quam sane immanitatem exercent etiamnum parentes quidem inhumanissimi, qui inseparabili matrimonio filias suas formosas, sanas, integras, copulant viris vinosis, scabie Neapolitana infectis, leprosis, olidis, podagricis, deniq; viuis cadaueribus, sublata omni diuertij spe, impositaq; necessitate languoris ad mortem vsque, perferendi, Qua parentum crudelitate in liberos vt non est altera inhumanior, & magis dolenda, sic nulla communior, & quæ minus curetur tollenda, in quam Erasmus egregium illum scripsit Dialogum, cuius titulus est Α Γ Α Μ Ο Σ - Γ Α Μ Ο Σ,

L 2 EMBLE-



EMBLEMA LXXXIII.

Senex puellam amans.

D*um Sophocles (quamuis affecta atate) puellam
 A questu Archippen ad sua vota trahit,
 Allicit & pretio, tulit agrè insana iuuentus
 Ob zelum, & tali carminè vtrunq; notat.
 Noctua vt in tumulis, super vt q; cadauera bubo,
 Talis apud Sophoclem nostra puella sedet.*

Tria sunt hominum vitia, quæ Dijs & hominibus valde displicere dicuntur. Pauperis superbia, iuuenis pigritia, & senis petulca libido, ea etenim repugnante fortuna, & natura existunt.

L 3 EMBLE-

...
...
...
...
...
...

...
...
...
...
...

...

EMBLEMA LXXXIIII.

Cauendum à meretricibus.

*S*ole fata Circes tam magna potentia fertur,
Verterit vt multos in noua monstra viros.
Testis equum domitor Picus, tum Scylla biformis,
Atque Ithaci postquam vina bibere sues.
Indicat illustri meretricem nomine Circe,
Et rationem animi perdere, quisquis amat.

Ameretricibus efferantur homines, mutan-
turq; in belluas, dum scilicet fiunt libi-
dinosi vt hirci, gulosi vt sues, inui-
di & rixosi vt canes, inertes
vt asini.

L 4 EMBLEMA

EMBLEMA LXXXV.

In amatores meretricum.



Villose indutus piscator tegmina caprae,
 Addidit ut capiti cornua bina suo:
 Fallit amatorem stans summo in litore Sargum,
 In laqueos similes quem gregis ardor agit.
 Capra refert scortum, similis fit Sargus amanti,
 Qui miser obsceno captus amore perit.

Hic ridetur iuuenilis amasiorum facilitas, qui
 in quoduis formæ obiectum vel captæ
 etiam laruatæ spectrum exar-
 descunt.


L 5 EMBLE-



EMBLEMA LXXXVI.

Tumulus meretricis.

Διαλογικῶς.



Quid tumulus? Cui a vrna? Ephyræ est Laidos?
 Erubuit tantū perdere Parca decus? (ah nō
 Nulla fuit tum forma, illam iam carpserat et as.
 Iam speculum Veneri cauta dicarat anus.
 Quid scalptus sibi vult aries, quem parte leana
 Vnguibus apprehensum posteriora tenet?
 Non aliter captos quod & ipsa teneret amans,
 Vir gregis est aries, clune tenetur amans.

Nobi-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Nobilissimum scortū Lais Corinthia hoc
simulacrum suo tumulo statui voluit. Merc-
triciam rapinam læna, amatorum stolidita-
tem ariete pecude deglubili, & libidi-
nem posticis membris de-
signans.

EMBLE-

.

ANDREAE ALCIATI EMBL 87
EMBLEMA LXXXVII.

Cuculi.

R Vricos, agreste genus, pleriq³ cuculos
Cur vocitent, quæ nam pro dita causa fuit?
Vere nouo cantat Coccix, quo tempore vites
Qui non absoluit, iure notatur iners.
Fert oua in nidos alienos, qualiter ille
Cui thalamum prodit vxor adulterio.

Cuculi (vt vulgus putat) non ij sunt, quo-
rum vxores sunt impudicæ: At contra qui alie
nis vxoribus & thalamis incubant. Vocabu-
lo nimirum ab auis natura sumpto, qui
in Curucæ nido sua oua ponit,
ab alia auis fouen-
da.

EMBLE-

El Ayuntamiento de Madrid, en cumplimiento de lo dispuesto en el artículo 107.1 de la Ley 7/1985, de 1 de junio, del Régimen Local, y de acuerdo con lo establecido en el artículo 12.1 de la Ley 1/1987, de 15 de marzo, de Procedimiento Administrativo Común de las Administraciones Públicas, publica el presente anuncio para la inscripción en el Registro de la Dirección General de Registros Públicos del Ayuntamiento de Madrid de un expediente de ejecución de obra, consistente en:

Obra de ejecución de obra de:

Reconstrucción de la fachada de la Iglesia de San Andrés de los Baños, situada en la calle de San Andrés de los Baños, número 1, en el barrio de San Andrés, distrito de San Sebastián, número de inscripción en el Registro de la Dirección General de Registros Públicos del Ayuntamiento de Madrid: 1/1987, de 15 de marzo, de Procedimiento Administrativo Común de las Administraciones Públicas.

El expediente se tramita en virtud de la Ordenanza de Régimen Urbanístico del Ayuntamiento de Madrid, de 1992, de 29 de marzo.

Se informa a los interesados de que el expediente se tramita en virtud de la Ordenanza de Régimen Urbanístico del Ayuntamiento de Madrid, de 1992, de 29 de marzo.

Para más detalles, se ruega dirigirse al Registro de la Dirección General de Registros Públicos del Ayuntamiento de Madrid, situado en la calle de San Andrés de los Baños, número 1, en el barrio de San Andrés, distrito de San Sebastián, número de inscripción en el Registro de la Dirección General de Registros Públicos del Ayuntamiento de Madrid: 1/1987, de 15 de marzo, de Procedimiento Administrativo Común de las Administraciones Públicas.

En Madrid, a 23 de febrero de 2024.

El Alcalde de Madrid, Sr. José Luis Martínez Rivera.

El Secretario General de Administración Local, Sr. Carlos Rodríguez Cordero.

El Secretario de Urbanismo, Sr. José María Llamas.



EMBLEMA LXXXVIII.

Inuiolabiles telo cupidinis.



NE dirus te vincat amor, neu saxmina mentem
 Diripiat magicis artibus vlla tuam:
 Bacchica auis praesto tibi mota cilla paretur,
 Quam quadriradiam circuli in orbe loces:
 Ore crucem & cauda, & geminis vt complicet alas,
 Tale amuletum carminis omnis erit.
 Dicitur hoc Veneris signo Pagaeus Iason
 Phasiacis ladi non potuisse dolis.

Bacchi

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Bacchi avis Motacilla est, à motu caudæ sic
appellata, Libidinosum scilicet ceuentis, aut
crissantis motum notans, quæ (vt in imagine
est) intra sphæram in figuram crucis exporre-
cta subindicat, Crucifigendas esse (vt
Paulus ait) concupiscentias in
hoc orbe.

EMBLE-

ANDREAE ALCIATI EMBL. 89
EMBLEMA LXXXIX.

Amuletum Veneris.

Inguina dente fero suffossam Cypris Adonis
Lactuca folijs condidit exanimem.
Hinc genit ali aruo tantum lactuca resistit,
Quantum eruca salax vix stimulare potest.

Eruca Venerem inflammat, lactuca extinguit, per quas certe herbas contrariæ facultatis id intelligitur, quod temperata victus ratio libidinis ardorem restinguit: quem luxuries & afortia incendit & alit.

M EMBLE-

EMBLEMA XC.

Luxuria.

E*Ruca capripes redimitus tempora Faunus
 Immodica Veneris symbola certa refert.
 Est eruca salax, indexq; libidinis hircus.
 Et Satyri nymphas semper amare solent.*

H*æc libidinis imago sumpta est ab Erucæ her-
 bx (quæ Venerem ciet) & salacis hirci
 natura: Innuens libidinem in affe-
 ctu ardere, in actu fœ-
 tere.*

M 2

EMBLE-

1902

El Ayuntamiento de Madrid ha acordado en sesión de 14 de Mayo de 1902, aprobar el presupuesto de gastos para el presente ejercicio, en el importe de 1.000.000 pesetas, y el presupuesto de ingresos en el importe de 1.000.000 pesetas, con un déficit de 100.000 pesetas, que se cubren con el producto de los empréstitos que se celebran para este fin.

En cumplimiento de lo acordado, se publica el presente presupuesto de gastos y de ingresos para el presente ejercicio, en el importe de 1.000.000 pesetas, con un déficit de 100.000 pesetas, que se cubren con el producto de los empréstitos que se celebran para este fin.

EMBLEMA XCI.

Lasciuia.

Delicias, & molliciem mus creditur albus
 Arguere, at ratio non sat aperta mihi est.
 An quod ei natura salax, & multa libido est?
 Ornat Romanas an quia pelle nurus?
 Sarmaticum murem vocitant pleriq; Zibellum,
 Et celebris suavis est vnguine muscus Arabs.

Mure Araneo, Æluro Zibellino, & Musco
 Arabico, calidissimis videlicet bestiolis aco-
 dorantibus, nobilium fœminarum notatur
 mollicies, in cultu corporis preciosis talium
 animalculorum pellibus delicatis fo-
 uendo, & ornando, & suffitu o-
 dorato adolendo.

M 3 EMBLE-

... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...

... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...
... de los dichos señores ...

EMBE

M 3

EMBLEMA XCII.

Luxuriosorum opes.

R *Upibus aëreis, summiq; crepidine saxi
 Immites fructus ficus acerba parit,
 Quos corui comedūt, quos deuorat improba cornix,
 Qui nihil humanae commoditatis habent.
 Sic fatuorum opibus parafiti, & scorta fruuntur,
 Et nulla iustos ytilitate iuuant.*

Stultorum diuitum opibus fruuntur tan-
 tùm improbi, lenones, meretri-
 ces, & adultores.

M 4 EMBLE-

...
...
...
...
...

...
...
...
...
...

EMBLEMA XCIII.

Sirenes.

Absque alis volucres, & cruribus absq; puellas,
 Rostro absq; & pisces, qui tamen ore canāt:
 Quis putet esse vllos? iungi hac natura negavit,
 Sirenes fieri sed potuisse docent.
 Illicitum est mulier, quæ in piscem desinit atrum,
 Plurima quod secum monstra libido vehit.
 Aspectu, verbis, animi candore trahuntur,
 Parthenope, Ligia, Leucosiāq; viri.
 Has musa explumant, has atq; illudit Vlysses.
 Scilicet est doctis cum meretrice nihil.

Sirenes quas ore & corpore virgineo in pi-
 scem desinente descripsit Homerus, canoris
 vocibus harmonicisque organis nautas cum
 vectoribus illectantes, remorantes, ac deni-
 que mergentes, mundi sunt voluptates. Mun-
 dus ipsum mare voluptates autem fœmina-
 rum præsertim, quæ aspectu, candore, forma
 & sermonis blanditiæ alliciunt. Quas
 aduersus præcipua sunt anti-
 dota studium & pe-
 regrinatio.

M 5

EMBLE-

El Ayuntamiento de Madrid, en sesión celebrada el día veintidós de Mayo de mil novecientos veintidós, ha acordado aprobar el presupuesto de gastos de la Corporación para el ejercicio de 1923, que se adjunta en el presente expediente.

El Sr. Alcalde de Madrid, Sr. D. Emilio Castelar y Sáenz de Aizaola, en sesión celebrada el día veintidós de Mayo de mil novecientos veintidós, ha acordado aprobar el presupuesto de gastos de la Corporación para el ejercicio de 1923, que se adjunta en el presente expediente.

EMBLEMA XCIII,

Ocni effigies. De his qui meretricibus
donant, quod in bonos vsus
verti debeat.



Impiger haud cessat funem contexere Sparto,
Humidaq; artifice iungere fila manu.
Sed quantum multis vix torquet si enuus horis,
Protinus ignavi ventris asella vorat.
Fœmina iners animal facili congesta marito
Lucra rapit, mundum prodigit inq; suum.

Mulie-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Mulierum in otio desidum, & incompto corporis ornatu, prouentus, reditus, & questus profundentium, Mariti rem faciunt vt funarij, nimirum retrogrado ductu.

EMBLE



EMBLEMA · XCVI.

In statuam amoris.



Quis sit amor plures olim cecinere Poëta,
 Eius qui vario nomine gesta ferunt.
 Conuenit hoc, quod veste caret, quod corpore par-
 Tela alasq³ ferens, lumina nulla tenet: (uus,
 Hac ora, hic habitusq³ Dei est. Sed dicere tantos
 Si licet in vates, falsa subesse reor.
 Ec cur nudus agat? diuo quasi pallia desint.
 Qui cunctas domiti possidet orbis opes.
 Aut quib³

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Aut quî quæso niues Boreamq̃, euadere nudus,
 Alpinum potuit, strictaq̃, prat a gelu?
 Si puer est, puer ùmine vocas qui Nestora vincit?
 An nosti Ascraei carmina docta senis?
 Inconstans puer hic obdurans, pectora quæ iam
 Transadijt, nunquam linquere sponte potest.
 At pharetras & tela gerit, quid inutile pondus?
 An curuare infans cornua dura valet?
 Alas cûrue tenet, quas nescit in æthera ferre?
 Inscius in volucrum flectere tela iecur.
 Serpit bumi, semperq̃, virûm mortalia corda
 Lædit: & haud alas saxeus inde mouet.
 Si cæcus, vitamq̃, gerit, quid tania cæco
 Vrilis est? ideo num minus ille videt?
 Quisvc sagittiferum credat, qui lumine captus:
 Hic certa, astit cæci spicula vana mouet.
 Igneus est, aiunt, versatq̃, in pectore flammæ,
 Cur age viuuit adhuc? omnia flamma vorat.
 Quinetiam tumidis cur non extinguitur vndis,
 Naiadum quoties mollia corda subit?
 At tu ne tantis capiare erroribus audi,
 Verus quid sit amor carmina nostra ferent.
 Inuidius labor est, lasciua per oicia. signum
 Illius est, nigro punica glans clypeo.

Poëtica Amoris descriptio hoc Emblemate
 vt falsa χ α σ ω α τ η refutatur, & mox vera eiusdem
 definitio subiicitur, cum mythico schemate
 Glandis rubicundæ, in nigra clypei planicie

nicie Glans rubida, veretri Balanon à similitudine sic appellatum repræsentat. Plancies nigricans muliebris est natura, quæ vt plurimum subatra est.

EMBLE.

AYUNTAMIENTO DE MADRID
SECRETARÍA DE AYUNTAMIENTO
CALLE DE ALFARO, 10

1911

EMBLEMA XCVII.

Vis amoris.



A Ligerum fulmen fregit Deus aliger, igne
Dum demonstrat vti est fortior ignis amor.

Amor plus quàm vis efficit.

N EMBLE-



A
Duna de arena en el fondo del mar

Amorpha canescens officinalis

EMERSON

EMBLEMA XCVIII.


Potentia amoris.



Nidus amor videtur vt ridet, placidumq; tuetur?
 Nec faculas, nec qua cornua flectat, habet
 Altera sed manuum flores gerit, altera piscem:
 Scilicet vt terra iura det, atque mari.

Quaecunque animalia viuunt, aut in terra
 florulenta, aut in aqua pisculenta, natura di-
 ctante, amori in suū genus sunt obnoxia cum
 voluptatis, tum generationis gratia. Quare
 Amor in terra & in mari regnator est.

N 2 EMBLE-



EMBLEMA XCIX.

Potentissimus affectus amor.



*A*spice ut inuictus vires auriga leonis,
 Expressus gemma pugio vincat amor:
 Ut q̄, manu hac scuticam tenet, hac ut flectit habe-
 Ut q̄, est in pueri plurimus ore decor. (nas,
 Dir a lues procul esto: feram qui vincere talem
 Est potis, à nobis temperet ànne manus?
 Amor homini fugiendus, vel ferarum ex-
 emplo, quæ vi amoris in furias
 ruunt, præsertim
 leo.

N 3

EMBLE-

EMBLEMA C.

In studiosum captum amore.



Immersus studijs dicundo & iure peritus,
 Et maximus libellio,
 Helianiran amat, quantum nec Thracius vnquam
 Princeps sororis pellicem.
 Pallada cur alio superasti iudice Cypri?
 Num sat sub Ida est vincere?

Cum literarum studiosi, omisiss libris, fœ-
 minas sectari instituunt: Tunc Venus, Amo-
 rum Dea, Mineruam scientiæ præsidem supe-
 rat, tanquã rursus prælato pulchritudine dam-
 natam, Iuuenum affectantium (vt olim Ale-
 xandri apud Idam) indicio.

N 4 EMBLE-

EMBLEMA CI.


Dulcia quandoq; amara fieri.



Matre procul lecta, paulum secesserat infans
 Lydius: hunc dira sed rapuistis apes.
 Venerat hic ad vos placidas ratus esse volucres,
 Cùm nec ita immitis vipera sua foret.
 Quæ datis ab, dulci stimulos pro munere mellis,
 Proh dolor, heu sine te gratia nulla datur.

Quemadmodû apès cum melle aculeum
 gerunt grauitèr pungentè: sic in hoc orbe mor-
 taliû nullus est voluptatis dulcor, sine doloris
 amarore. Nam dolor est voluptatis comes.

N 5 EMBLE-



EMBLEMA . CII.

Ferè simile ex Theocrito.



ALueolis dum mella legit, percussit Amorem
 Furacem mala apes, & summis spicula liquit
 In digitis tumido gemit at puer anxius vngue.
 Et quatit errabundus humum: Veneri q̄, dolorem
 Indicat, & grauiter queritur, quod apicula paruū,
 Ipsa inferre animal tam noxia vulnera possit.
 Cui ridens Venus, Hanc imitaris tu quoque dixit
 Nate feram: qui das tot noxia vulnera paruus.

Parua

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Parua interdum maximè sunt noxia, vt Scorpius, Phalangium. Sic & paruulus amor,
& tantillus vt conspici nequeat:
vulnere corda figit prope-
modum immedi-
cabili.

EMBLE-

EMBLEMA CIII.

AVTꝰ & Amor virtutis alium Cupidinem
superans.



A Ligerum, aligeroqꝫ inimicum pinxit Amori,
Arcu arcu, atqꝫ ignes igne domans Nemesis.
Vt que alijs fecit patiatur, at hic puer olim
Intrepidus gestans tela, miser lachrymat.
Ter spuit, inque sinus imos (res mira) crematur
igne ignis, furias odit Amoris Amor.

Vt claus clauo: sic voluptas voluptate pel-
litur. Proinde qui terrenum libidinis amo-
rem domare velit, alterum coelestem reru æter-
narum vt Sapientiæ & virtutu amorem con-
cipiat.

EMBLE-

EMBLEMA CIIII.

Αντίθετος, id est, amor virtutis.

Διαλογιστικῶς.



Dic vbi sunt incurui arcus? vbi tela Cupido?
 Mellia qucis inuenum figere corda soles?
 Fax vbi tristis? vbi penna? tres vnde corollas
 Fert manus? vnde aliam tempora cinctā gerūt?
 Haud mihi vulgari est, (hospes) cum Cypriide quic-
 Vlla voluptatis nos neque serua tulit, (quam
 Sed puris hominum succendo mentibus ignes
 Disciplina: animos astr.: q̄, ad: lt.: traho.
 Quattuor eq̄, ipsi: t̄exo virtute corollas,
 Quarum que Sophia est, tempora prima tegit.
 Duas

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Duas Veneres finxit Plato, itemq; duos Cupidines, Terrestris nēpe, qui corruptibilium amorem ingerunt, vt opum, voluptatum, honorum. Et cœlestes, qui cœlestiū & æternorū amorem ingenerant, vt scientiæ, & virtutum, Quæ cum quatuor sint in genere, Prima prudentia, quæ contemplationis est capite residet, Reliquæ tres, quæ actionis sunt, in manibus tractantur.

EMBL.

EMBLEMA CV.

In obliuionem patriæ.



Iam dudum missa patria, oblitusq; tuorum,
 Quos tibi seu sanguis, siue parauit amor.
 Romam habitas: nec cura domũ subit vlla reuerti,
 Aeterna tantũ te capit vrbs honos.
 Sic Ithacũm premissa manus dulcedine loci
 Liquerat & patriam, liquerat atque ducem.

Vbi bona, ibi patria. Externæ etenim re-
 gionis amœnitas patriæ inducit obliuionem.
 Quemadmodum Vlysis focij, cum ad frugi-
 O feram

ANDREAE ALCIATI EMBL.

feram Lothophagorū insulam peruenissent:
inde nunquam auelli potuerē, vt in ste-
rilem salebrosamq; Ithacam re-
uerterentur.

EMBLE-

EMBLEMA CVL

Quæ supra nos, nihil ad nos.



Causa aeternum pendens in rupe Prometheus
 Diripitur sacri præpetis ungue iecur.
 Et nollet fecisse hominem sigulosq; perosus
 Accensam raptò damnat ab igne facem.
 Roduntur varijs prudentum pectora curis,
 Qui cæli affectant scire, deùmq; vices.

Homines plus æquo curiosi, in occulta Pli
 osophia, Astrologia critica, Magia, omniq;
 nantia, corda, id est animos roduntur anxijs
 ris ac sollicitudinibus, arctius arcanæ inda-
 sini alligati, & altioribus scrutinijs affixi.

O 2 EMBLE-



...
...
...
...
...

...
...
...
...
...

EMBLEMA CVII.

In Astrologos.





Icare per superos qui raptus & aëra, donec
 In mare precipitem cera liquata daret,
 Nunc te cera eadem, feruensq; exuscitat ignis,
 Exemplo vt doceas dogmata certa tuo.
 Astrologus caueat quicquam predicere, praeceps
 Nam cadet impostor, dum super astra volat.

Icarus Dædali filius dum altius euolaret
 pennis ceratis, ac sole iam nimis propinquo
 cera liquecente solueretur alex, deplumis in
 O 3 mare

ANDREAE ALCIATI EMBL.

mare corruit. Sic & criticos Astrologos alius
ingenium eleuantes, nec satis cōstante huius
mathefeos vanitate, tandem in ludi-
brium & inopiam dila-
buntur.

EMBLE



Andreas Alciatus
Emblemata
liber primus
capitulum I

Emblemata
liber secundus
capitulum II

EMBLEMA CVIII.

Qui alta contemplantur cadere.



DVm turdos visco, pedica dum fallit alaudas,
 Et iacta alti uolam figit harundo gruem,
 Dipsada non prudens auceps pede perculit: vltrix
 Illa mali, emissum virus ab ore iacit.
 Sic obit, extento qui sydera respicit arcu,
 Securus fati, quod iacet ante pedes.

Non vsq; ad eò ad alta & procul distantia
 intendendus est animus, quin propinquam
 & imminentem quæ adest fortunam animad-
 uertat.

EMBLEMA CIX.

In temerarios.



Aspicis aurigam currus Phaetontae paterni
 Igniuomos ausum flectere solis equas.
 Maxima qui postquam terris incendia sparsit:
 Est temerè infesso lapsus ab axe miser.
 Sic pleriq; rotis fortunæ ad sidera Reges
 Euecti, ambitio quos iuuenilis agit:
 Post magnam humani generis clademq; suamq;
 Cunctorum pœnas deniq; dant scelerum.

O 5 Non

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Non fidendum ijs, qui impetu voluntatis
non ratione feruntur.

Temerarij principes & se & suos euer-
tunt perduntq; funditùs, denique
temeritatis suæ dant
pœnas,

EMBLE

EMBLEMA CX.


In eos qui supra vires quicquam
audent.



DVm dormit, dulci recreat dum corpora somno
Sub picea, & clavam ceteraq, arma tenet,
Alcyden Pygmaea manus prosternere letho
Poffe putat, vires non bene doct a fuas.
Excitus ipfe, velut pulices, fic proterit hoftem,
Et faui implicitum pelle leonis agit.

Cum fortiori non eft congre-
diendum.

EMBLE-



El presente informe tiene por objeto...
de la muestra estudiada...
se ha observado...
los resultados...
de la investigación...
se han obtenido...
los siguientes...
datos...

ANDREAE ALCIATI EMBL.

EMBLEMA CXI.

Temeritas.

In praeceps rapitur frustra quoq, tendit habenas
Auriga: effreni quem velat oris equus.
Haud facillè huic credas, ratio què nulla gubernat,
Et temerè proprio ducitur arbitrio.

EMBLE-

Tomadas.

En el día de hoy se ha celebrado en el Ayuntamiento de Madrid una sesión pública para el efecto de dar cuenta de los resultados de la gestión de la Administración Municipal durante el año 1900. En esta sesión se leyó el informe del Sr. Alcalde y se discutieron los puntos que en él se mencionan. Se acordó que el Sr. Alcalde continúe en el desempeño de sus funciones y se le concedió un voto de confianza. Se levantó la sesión a las once y media de la noche.

FINE

EMBLEMA CXII.

Ei qui semel sua prodegerit, aliena credi non oportere.



Colubidos in gremio nidum quid congeris? eheu
 Nescia cur pullos tam malo credis auis?
 Diraparens Medæa suos sæuissimamatos
 Perdidit, & speras parcat vt illa tuis?

Qui malè rem priuatam administrarit ei no
 publica gubernanda credatur. Exemplo Hi-
 rundinis nidificantis in sinu Medææ, quæ cū
 suos liberos occiderit: temerè illi suos pullos
 dat custodiendos Hirundo.

EMBLE.

EMBLEMA CXIII.

Dolos in suos.



Altilis alleclator anas, & carula pennis
 Adsueta ad dominos ire redire suos.
 Congeneres cernens volitare per aëra turmas,
 Garris: in illarum se recipitq; gregem.
 Præfensa incautas donec sub retia ducat,
 Obstrepitant captæ, conscia at ipsa silet.
 Perfida cognato se sanguine polluit ales
 Officiosa alijs, exitiosa suis.

Anatum domesticarū, sylvestres in laqueos
 illectantium, similitudo cum Canelonibus
 suæ gentis proditoribus.

P EMBLE.



.

.

EMBLEMA CXIII.

Confiliarij Principum.

Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
In stabulis Chiron erudisse suis.
 Semiferum doctorem, & semiuirum centaurum,
Asideat quisquis regibus, esse decet.
Est fera, dum violat socios, dum proterit hostes:
Est q̄ homo, dum simulat se populo esse pium.

Homerus suum illum Heroa & Principem futurum Achillem fingit educatum in pueritia à Chirone Centauro biformi, superiori parte humana, inferiori equina. Tales esse inuens iuuenum principum Magistros & institutores, qui corā cum humani esse videantur: dum iusti belli, aut æquitatis, aut publici boni prætextu, occultè populi substantiā deuorant, quauis fera immaniores. Quinetiam cum in speciem & homines, & probi appareant, clam principi praua suggerunt consilia, & quibus sub honesto titulo subditos deglubant, & inhumaniter tractent.

P 2 **EMBLE-**

EMBLEMA CXV.

In victoriam dolo partam.



A tacis tumulum lachrymis ego perluo virtus,
Heu misera albentes dilacerata comas.
Scilicet hoc restabat adhuc, vt iudice Græco
Vinceret: & causa stet potiore dolus.

A falsis iudicibus peruertitur ius, lachry-
mantibus frustra bonis viris.

P 3 EMBLE-



El Ayuntamiento de Madrid, en virtud de las facultades conferidas por el Real Decreto de 10 de Mayo de 1900, y de acuerdo con el Consejo de Regencia, acuerda lo siguiente:

1.º Que se declare de utilidad pública la construcción de un edificio para el uso de oficinas, sito en la calle de Alcalá, número 10, y que se adjudique a licitación pública el contrato de construcción de dicho edificio, de acuerdo con el presupuesto que acompaña a este anuncio.

EMBLEMA CXVI,


In eum qui sibi ipsi damnum
apparat.



CApra lupum non sponse meo nunc vbera lacto,
Quòd malè pastoris prouida cura iubet.
Creuerit ille simul, mea me post vbera pascet,
Improbitas nullo flectitur obsequio.

Plærique eos, à quibus perden-
tur, alunt.

P 4 EMBLE-



EMBLEMA CXVII,

In receptatores sicariorum.



L Atrorum surumq; manus tibi scaua per urbem
 It comes: & diris cineta cohors gladijs.
 Atque ita te mentis generosum prodige censes,
 Quod tua complureis allicit olla malos.
 En nouus Actæon, qui postquam cornua sumpsit,
 In prædam canibus se dedit ipse suis.

Fingitur Actæon à proprijs canibus discer-
 ptus. Sic & falsæ nobilitatis affectatores, adu-
 lantum, & audaculorû macherophon turba
 P s stipati

ANDREAE ALCIATI EMBL.

stipati sensum hominis perdunt, & superbiæ
cornua attollentes, non Cerui, sed Serui tan-
dem fiunt suo satellitio, cui & se & suas
substantias comedendas & diri-
piendas suggeste-
runt.

EMBLÆ

EMBLEMA CXVIII

In diuites publico malo.

Anguillas quisquis caprat, si limpida verrat
 Flumina, si illimes aufit adire lacus,
 Cassus erit, ludetq; operam: multum excitet ergo
 Si creta, & vitreas palmula turbet aquas.
 Diues erit. Sic ijs res publica turbida lucro est,
 Qui pace, arctati legibus, esuriunt.

In turbulenta aqua piscandum esse iactant
 magni illi fures, qui impunes de furca nō pen-
 dent. Quare & ipsi vt plurimū pacis sunt tur-
 batores, & tranquillitatis principum cum po-
 pulo, vt in turbido rerum statu magis
 tuto & minus apertè pecu-
 lari possint.

EMBLE-

CONSEJO DE GOBIERNO LOCAL

El día 14 de mayo de 2014, en el seno del Consejo de Gobierno Local, se celebró una reunión ordinaria para tratar el siguiente orden del día:

1. Informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.
2. Informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.
3. Informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.
4. Informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.

Después de haber leído y discutido el informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014, el Consejo de Gobierno Local acuerda lo siguiente:

1. Aprobación del informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.
2. Aprobación del informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.
3. Aprobación del informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.
4. Aprobación del informe de la Comisión de Seguimiento del Plan de Actuación de Empleo Juvenil 2013-2014.

ANDREAE ALCIATI EMBL.

EMBLEMA CXIX.

Opulentia tyranni, paupertas sub-
iectorum.

Humani quod splen est corporis, in populi re
Hoc Caesar fiscum dixerat esse suum.
Splene aucto, reliqui tabescunt corporis artus,
Fisco aucto, arguitur civica pauperies.

EMBLE-

Opinionis gratia
1911

El Sr. D. Juan de Dios...
El Sr. D. Juan de Dios...
El Sr. D. Juan de Dios...
El Sr. D. Juan de Dios...

EMBE-

EMBLEMA CXX.

Quod non capit Christus, rapit fiscus.



EXprimit humentes, quas iam madefecerat antè
 Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
 Prouebit ad summum fures: quos deinde coërcet,
 Vertat vt in fiscum quæ malè parta suum.

Principes publicis functionibus & fisci rationibus eos præficere solent, quos acri ingenio solertes & proba natura viros bonos existimant. At ij plerunq; auri (quod aceruatim tractant) splendore excæcati, naturâ mutant & Regiâ gazam depeculantur, aut prouincias expi-

ANDREAE ALCIATI EMBL.


expilant. Deinde cum opulentia repleti sunt,
colla illis laqueo perstringuntur. Ex quibus
pendentibus, & astrictis velut ex spongijs e-
manat mox affluens opū vis, confiscatis eo-
rum bonis, quæ tamen non redeunt ad
miseros qui per illos spoliati fue-
runt, sed in fiscum ver-
tuntur.

EMBLE-

EMBLEMA CXXI.

Aliquid mali, propter vicinum malum.

Προσωποποιία.



Raptabat torrens ollas, quarum vna metallo,
 Altera erat figuli terrea facta manu.
 Hanc igitur rogat illa: velit sibi proxima ferri,
 Iuncta ut precipites vtraque sistat aquas.
 Cui lutea, Haud nobis tua sunt commercia cura,
 Ne mihi proximitas hac mala multa ferat.
 Nam seu te nobis, seu nos tibi conferat vnda:
 Ipsa ego te fragilis sospite sola terar.

Q EMBLE-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Cum potentiori societas non est ineunda,
nam si quid acciderit infortunij, illud totum
in infirmam reclinabit, isq; corruet, supersti-
te & saluo potentiore. Torrens rapidus
est vitæ ac fortunæ cursus, Olla
ænea diues, terrea,
pauper.

EMBLE-

EMBLEMA CXXII.

In eum qui truculentia suorum
perierit.

PROSOPOPEIA.



Delphinem inuitum me in littora compulit astus,
Exemplum: infido quant a pericla mari.
Nam si nec proprijs Neptunus parcit alumnis,
Quis tutos homines nauibus esse putet?

Si à nostris prodimur, quibus fi-
dendum?

Q 2 EMBLEMA



EMBLEMA CXXIII.

In deprehensum.



Iamdudum quacunq̄ue fugis te persequor: at nunc
 Cassibus in nostris denique captus ades.
 Amplius haud poteris vires eludere nostras.
 Ficulno anguillam strinximus in folio.

Elabens fallacis fides, vi astringenda est: quem
 admodum ficulni folij asperitate lu-
 brica anguilla reti-
 netur.

Q 3 EMBLE-



En el Ayuntamiento de Madrid, a los ... de ... de ...
Se acuerda ...
El Alcalde ...
El Secretario ...

En el Ayuntamiento de Madrid, a los ... de ... de ...
Se acuerda ...
El Alcalde ...
El Secretario ...

En el Ayuntamiento de Madrid, a los ... de ... de ...
Se acuerda ...
El Alcalde ...
El Secretario ...

EMBLEMA CXXIII.

Etiam ferocissimos domari.



Romanum postquam eloquiū, Cicerone perempto,
 Perdiderat patria pestis acerba sua:
 Inscendit currus victor, iunxitq; leones,
 Compulit & durum colla subire iugum.
 Magnanimos cecidisse suis Antonius armis,
 Ambage hac cupiens significare duces.

Nulla tanta est feritas, quæ non arte ci-
 curari, aut vi domari possit, tam in bellis
 quàm in hominibus.

•

Q 4

EMBLE-

EMBLEMA CXXV.

Alius peccat, alius plectitur.



A Rripit vt lapidem catulus, morsuq³ fatigat,
 Nec percussori mutua damna facit.
 Sic pleriq³ sinunt veros elabier hosteis:
 Et quos nulla grauat noxia, dente petunt.

Maligno, crudelique animo homines, eos
 abs quibus male accipiuntur reformidant, ne
 que cum illis congredi audent. At dolorem
 suum vlciscuntur in infirmos & innoxios,
 abs quibus minime sunt læsi. Nam (vt ait Sue
 Q s tonius

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Conius & confirmat Comminius) crudeles
homines ferè sunt formidolosi, in sup-
plices sæui, in audaces
timidi.

EMBLE

EMBLEMA CXXVI.

Parem delinquentis, & sua foris culpam esse.



Preconem lituo perflantem classica, victrix
 Captivum in tetro carcere turba tener.
 Queis ille excusat: quòd nec sit strenuus armis,
 Vllius aut sauo laeserit ense latus.
 Huic illi: Quin ipse magis timidissime peccas,
 Qui clangore alios aris in arma citas.

Id ipsum est quod in iure legitur. Qui per alium facit, per seipsum facere videtur. Proinde crimine in omni, agens & instigās, eodem genere supplicij sunt puniendi.

EMBLE-



El Ayuntamiento de Madrid, en virtud de lo dispuesto en el artículo 104.1 de la Ley 7/1985, de 1 de junio, del Régimen Local, y de acuerdo con lo establecido en el artículo 17.1 de la Ley 30/1992, de 26 de noviembre, de Régimen Jurídico de las Administraciones Públicas y del Procedimiento Administrativo Común, publica el siguiente anuncio:

Se declara de utilidad pública y se expropiación forzosa el terreno sito en la calle de San Mateo, número 10, en el barrio de San Mateo, distrito de San Mateo, con una superficie de 1.200 metros cuadrados, para la construcción de un edificio de viviendas.

El terreno se encuentra en el plano de parcelación número 1.200, del expediente de parcelación número 1.200, de fecha 10 de mayo de 1985, que se encuentra en el expediente de parcelación número 1.200, de fecha 10 de mayo de 1985, que se encuentra en el expediente de parcelación número 1.200, de fecha 10 de mayo de 1985.

ANDREAE ALCIATI EMBL. 127
 EMBLEMA CXXVII.
 A minimis quoque timendum.



Bella gerit Scarabeus, & hostem prouocat vltro,
 Robore & inferior, consilio superat.
 Nam plumis aquila clàm se neque cognitus abdit,
 Hostilem vt nidum summa per astra petat.
 Ouagúe confodiens, prohibet spem crescere prolis:
 Hocqúe modo illatum dedecus vltus abit.

Æternæ sunt inimiciæ Aquilæ volucrum
 præstantissimæ cū scarabæo, contemptissimo
 insectorum, & fordidissimo: qui vt Aquilæ su-
 perbiæ sui contemptricem vlciscatur in plu-
 mis illius delitescens, in nidumq; sublatus,
 aquilæ

ANDREAE ALCIATI EMBL:

aquilarū ova perterebrat, prolis spē destruit,
multiplicationē Aquilini generis auertit, tan-
tulumq; animalculū pro tam leui contemptu
fui tam atrociter talē volucrem vlciscitur. Quo
quidem in natura id verum esse comproba-
tur, quod vulgo dici solet, *NVLIVS*
EST PARVVS INIMI-
CVS.

EMBLE-

EMBLEMA CXXVIII.

Vel post mortem formidolosi.

CAetera mutescunt, coriumq; silebit ouillum,
 Si consecuta lupi tympana pelle sonent.
 Hanc membrana ouium sic exhorrescit, vt hostem,
 Ex animis quanuis non ferat exanimem.
 Sic cute detracta Cischas in tympana versus,
 Bohemos potuit vincere pontifices.

EMBLE-

El Ayuntamiento de Madrid

El Ayuntamiento de Madrid, en virtud de lo dispuesto en el artículo 102 de la Ley Orgánica 1/1985, de 2 de mayo, del Régimen Local, y de acuerdo con lo establecido en el artículo 103 de la misma Ley, publica el presente anuncio para que los interesados en presentar alegaciones a las cuentas de gestión de los órganos de gobierno de los municipios de Madrid, en el ejercicio de 1984, comparezcan en el Ayuntamiento de Madrid, en el plazo de un mes, a contar desde el día siguiente al de la publicación de este anuncio, para exponer sus alegaciones y formular las propuestas que consideren oportunas.

EMBLEMA CXXIX.

Iusta vindicta.



Dum residet Cyclops sinuosi in faucibus antri,
 Hac secum teneras concinit inter oues.
 Pascite vos herbas: socijs ego pascam Achiuis,
 Prostremumq; Vt in viscera nostra ferent.
 Audijt hac Itachus, Cyclopaq; lumine cassum
 Reddidit: En pœnas vt suus author habet?

Polyphemus Gygas & Cyclops monophthalmus Siciliæ Pastor, ad littus Siculi freti Vlysem & socios compræhendit, viuos vt suo
 R more

ANDREAE ALCIATI EMBL.

more manderet, Vlyſſem verò (qui ementito nomine Vtin ſe nominarat) quod generoſum vinum ſibi propinaſſet: omnium vltimũ deo rare eſt pollicitus, dilationem mortis pro beneficio reponens. Interim ſingulos ſociorum quotidie abſumens. Quod animaduertens Vlyſſes, cognomento Græcanico *V T I S* (quod Latinis eſt *N V L L V S*) Gygantem oblato vino ſic inebriauit, vt ipſe ſomno vinoque ſepulto Cyclopi oculum, quem vnum in fronte habebat, ardenti torre eſſoderit. At Polyphemus vulneris acerbitate, ac orbitatis dolore percitus, ſic rugijt: vt cæteros Cyclopas in rupiũ antris, & ardentis Aetnæ fornacibus per totam Siciliam habitantes exciuerit: profugiẽte iam cum ſocijs & nauigio Vlyſſe. At ille cum veniſſent, percontati, qui ipſi oculum eruiſſet, iſq; dixiſſet *V T I S* (qui nullus eſt) eũ inſanire & furioſum eſſe rati, abierunt, ridentes ac illudentes orbo Giganti: Qua quidem fabula innuit Homerus, crudeles populi voratores, cũ hac vitæ luce fuerint orbat, pœnas ſcelerum daturus, nemine eos conſolante,
 ſed omnibus miſeriæ illudentibus.

EMBLE-

EMBLEMA CXXX.

Iustitio.



Raptabat volucres, captum pede coruus in auras
 Scorpion, audaci premia parta gula.
 At ille infuso sensim per membra veneno,
 Raptorem in stygias compulit vltor' aquas.
 Orisures digna, alijs qui fata parabat,
 Ipse perit: proprijs succubuitq; dolis.

Cum malus in malū, aut in peiorem, quid
 molitur seipsum perdit, vt cum gladiator in
 homicidam incidit, fur in latronem, lufor in

R 2 Alca.

ANDREAE ALCIATI EMBL.

**Aleatorem, falsarius in veneficū, fœenerator in
auktionatorem, aut transfugam, callidus
in versipellem, impostor in planum. Coruus
quidem malus est, at Scorpius nocen-
tior, qui cauda venenata
interimit.**

EMBLE

EMBLEMA CXXXI.

Inanis impetus.

L Vnarem noctu (vt speculum) canis inspicit orbem:
 Seq, videns, alium credit inesse canem,
 Et latrat: sed frustra agitur vox irrita ventu,
 Et peragit cursus surda Diana suos.

Vt frustra canes Lunæ allatrant, quam mor-
 dere non possint: Sic & oblocutores, inuidi vt
 canes in cassum magno alicui & excelso viro
 detrahunt, cui nihil malefacere queât, & quo-
 rum maledicta ipse haud audire digna-
 tus, suarum virtutum cursum
 prosequitur.

R 3 EMBLE-

EMBLEMA CXXXII.

In detractores.

A *Vdent flagriferi matula, stupidiq, magistri
 Bilem in me impuri pectoris euomere:
 Quid faciam? reddámne vices? sed nónne cicadam
 Ala vna obstreperam corripuisse ferar?
 Quid prodest muscas operosis pellere flabris?
 Negligere est satius, perdere quod nequeas.*

Scriptum apparet hoc Hexastichon dictante indignationis affectu in quempiam ludimagistrum, qui Alciato detrahere ausus fuerit. Cuius maledictis irritatus ipse tantus & talis vir, à tam humili & abiecto (vt ipsum facit) pædroti b. Prudenter apologesi abstinet, Iuris peritus enim Grammaticum nihili pendit.

R 4 EMBLE-

EMBLEMA CXXXIII.

Aemulatio impar.

Altiuolam Miluus comitatur degener Harpijã,
 Et prada partem saepe cadentis habet.
 Mullum prosequitur qui spretas Sargus ab illo
 Præteritasq; avidus deuorat ore dapes.
 Sic mecum Oenocrates agit: at deserti student unum
 Utitur hoc lippo curia tanquam oculo.

Scriptum videtur hoc Emblemata in quempiam Doctorem legum interpretem, Antalciam, & auctori Syndromon, cui auditores tantum ij fuere quos Alciatus reliquisset. Illum autem *δινωπάτω*, id est, vini potentem nomine ad rem conficito appellat.

Vinolentiæ scilicet insimulans.

R 5 EMBLE-

ANDREAE ALCIATI EMBI. 134
EMBLEMA CXXXIII.

In descifcentes.

Quod sine egregios turpi maculaueris orsus,
Innoxamq; tuum verteris officium,
Fecisti, quod capra, sui mulctaria lactis
Cum ferit, & proprias calce profundit opes.

Quemadmodum Capra saepe quam vberedistento mulctram impleuit, eandem pedem illiso distringit: totumq; lac collectum effundit: Sic pleriq; in signi aliquo opere suscepto, & feliciter incepto, ac propemodum perfecto, ad extremum peccant, notabili aliquo crimine, quod egregia principia dehonestat.

Sicut fecere Tyberius & Nero in suis imperijs, in peius semper procedentes.

EMBLE.

EMBLEMÀ CXXXV.

Imparilitas.



VT sublime volans tenuem secat aëre Falco,
 Vt pascuntur humi Graculus, Anser, Anas:
 Sic summum scandit super æthera Pindarus ingens,
 Sic scit humi tantum serpere Bacchilydes.

Pindarus nouem Lyricorum princeps stylo
 sublimi scripsit. Bacchilydes verò (alioqui dul-
 cis Poëta) humili caractere. Quorum ad in-
 uicem collatione, personarum imparilitas in
 eodem ordine agentium ostenditur: sub ima-
 gine auium diuersarum, aut sublimè volan-
 tium, aut humi gradientium.

EMBLE-

EMBLEMA CXXXV.

Imparities.



Et quia resque tenentur in se esse Fallo.
i : pascuntur hinc et inde, hinc et inde
sic hinc et inde hinc et inde hinc et inde
sic hinc et inde hinc et inde hinc et inde
hinc et inde hinc et inde hinc et inde hinc et inde

EMBLEMA CXXXVI.

Fortuna, Virtutem superans.



*C*æsareo postquam superatus milite, vidit
 Ciuil: vndantem sanguine I'barsaliam:
 Ianiam stricturus moribunda in pectora ferrum,
 Audaci hos Brutus protulit ore sonos:
 Infelix Virtus & solis prouida verbis,
 Fortunam in rebus cur sequeris dominam?

M. Brutus, clarissimus ciuis Romanus, vir-
 que constantissimus, & virtutis acer rigidus-
 que satelles, Caio Cæsare sublato, vindicataq;
 quoad

ANDREAE ALCIATI EMBL.

quoad potuit, libertate aduersus Octauium
Cæsare, ad extremū in acie Pharasālica victus,
uiuus in hostis potestatem ne veniret, gladio
suo incubuit, moriensq; horū qui in Emble-
mate sunt, versuū sententiam est effatus, illud
scilicet conquerens: quod humanis in rebus
fortuna plus loci habeat quàm præclara vir-
tus. Quod sanè quotidie sic vsu venire
videmus, vt boni viri fortu-
natis subijcian-
tur.

EMBL⁸

ANDREAE ALCIATI EMBL. 137
EMBLEMA CXXXVII.

Infani gladius.



SEtigeri medius stabat gregis ensifer Ajax,
Cade suum, credens cadere Tantalidas.
Hostia sic tanquam sus succedanea pœnas
Pro Laërtiade, pro caueaq, dabat.
Nescit obesse sus furor hostibus, errat ab icthn,
Consilijq,ue impos in sua damna ruit.

Ajax fortissimus Dux, in controuersia armorum Achilles contra callidum Vlysssem Græcorum iudicio victus: iniqui Arresti indignatione in furorem exarsit, atque ita furiosus &

ANDREAE ALCIATI EMBL.

ſus & per agros palabūduſ, incidit in Porcorū
ſuorum gregem, quos Græcorū concionē eſſe
per inſaniam opinatus : omnes maximo rei
ſux detrimēto occidit. Quod fanè nihil aliud
innuit, quàm furore & ira (quæ tēporaria eſt
mania) percitos, ſibi iſſis plus quàm hoſtibus
nocere: idque ſeu in diſceptatione ciuili, ſiue
in armorū contentione, in illa enim ſenſum
hominis, rationem & ſermonem amittunt, in
hac vero, & dexteritatem, & collimationem,
& hoſtis obſeruationem, ac non raro euenit
vt præ nimio bilis ardore in ferrum in-
cautiſ ruant, ſeiſoſq; con-
fodiant.

EMBLE.

EMBLEMA CXXXVIII.

Furor & rabies.

O Ragerit clypeus rabiosi picta leonis,
 Et scriptum in summo margine carmē habet:
 Hic hominum est terror, cuius possessor Atrida
 Talia magnanimus signa Agamemno tulit.

Militum immanitatem sanguinariorum te-
 stantur, vel ipsa scuta, sœuissimarum bellua-
 rum, imaginibus, crudeliumq; sen-
 tentiarum titulis figu-
 rata.

S S EMBLE-

1911

El Ayuntamiento de Madrid, en virtud de lo dispuesto en el artículo 1.º de la Ley de 1.º de Mayo de 1900, y de lo acordado en el Pleno de 1.º de Mayo de 1911, publica el presente bando para que los interesados en el pago de los impuestos de 1.º de Mayo de 1911, comparezcan a las oficinas de recaudación de los mismos, en el término de diez días hábiles siguientes a la publicación de este bando, para que se les acredite el pago de los mismos.

1911

1911

ANDREAE ALCIATI EMBL. 139
EMBLEMA CXXXIX.

Εχθρῶν ἀδωρα δῶρα. In dona
hostium.



Bellorum cepisse ferunt monumenta vicissim
Scutiferum Aiace[m] Hectoraq[ue] Iliacum.
Balteā Priamides, rigidum Thelamonius ensem,
Instrumenta sua cepit ut erq[ue] necis.
Ensis enim Aiace[m] confecit, at Hectora functum
Traxere Aemonij's cingula nexa rotis.
Sic titulo obsequij, quae mittunt hostibus hostes
Munera, venturi praescia fata ferunt.

S 3 Hector

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Hector Troianorum, Ajax Græcorum (secundum Achillē) fortissimus: cum alioqui hostes forent induciarū tamen tempore, cum se inuicem propter cognationē viserēt, vicissim sibi obtulerunt militaria dona: sed mali euentus præfaga. Hector namq; ab Aiace Baltheū militarem pro munere accepit, cuius postea loris & cingulo distractum est eius cadauer ab Achillis curru. Ajax ab Hectore donatus eo gladio, quo tandem se ipse occidit. Sic hostium donis minimè fidendum, nam aut suspecta sunt, aut malum portendunt.

EMBLE

EMBLEMA CXL.


Superbia.



ENstatua statua, & ductum de marmore marmor,
 Se conferre deus ausu procaz Niobe.
 Est vitium muliebri superbia, & arguit oris
 Duritiem, ac sensus, qualis inest lapidi.

Thebarum Regina Niobe ob pernicacem
 superbiam mutata in duram è saxo statuam:
 sub figmento tegit potentum mulierum su-
 perbiam, tyrannidem, duritiem inflexam &
 frigiditatem implacabilem, καὶ τὴν ἐνείκητον,
 qualis est in rigenti saxo.

S 4 EMBLEMA



El Ayuntamiento de Madrid ha acordado el día 15 de mayo de 2014, en el seno de la Comisión de Cultura, el programa de actividades que se celebrarán durante el mes de mayo en el marco de las fiestas de San Isidro Labrador. El programa de actividades se divide en dos bloques: uno de actividades culturales y otro de actividades deportivas. Las actividades culturales se celebrarán en el Palacio de la Comunidad de Madrid y en el Jardín de las Artes. Las actividades deportivas se celebrarán en el Estadio de Fútbol de Madrid y en el Estadio de Fútbol de Getafe. El programa de actividades se puede consultar en el siguiente enlace: [http://www.madrid.es](#)

EMBLEMA CXLI.

Inuidia.

*S*quallida vipereas manducans foemina carnes,
 Cuiq, dolent oculi, quaeq, suum cor edit,
 Quam macies, & pallor habent, spinosaq, gestat
 Tela manu. Talis pingitur inuidia,

Inuidus suis pascitur virulentis cogitationi-
 bus, alterius bonum egrè videt, seipsum
 consumit, & lingua pungit
 maledictis acu-
 leata.

S S EMBLE-

1.º

2.º

3.º

4.º

5.º

6.º

7.º

8.º

9.º

10.º

11.º

12.º

13.º

14.º

15.º

16.º

17.º

18.º

19.º

20.º

21.º

22.º

23.º

24.º

25.º

26.º

27.º

28.º

29.º

30.º

31.º

32.º

33.º

34.º

35.º

36.º

37.º

38.º

39.º

40.º

41.º

42.º

43.º

44.º

45.º

46.º

47.º

48.º

49.º

50.º

51.º

52.º

53.º

54.º

55.º

56.º

57.º

58.º

59.º

60.º

61.º

62.º

63.º

64.º

65.º

66.º

67.º

68.º

69.º

70.º

71.º

72.º

73.º

74.º

75.º

76.º

77.º

78.º

79.º

80.º

81.º

82.º

83.º

84.º

85.º

86.º

87.º

88.º

89.º

90.º

91.º

92.º

93.º

94.º

95.º

96.º

97.º

98.º

99.º

100.º



EMBLEMA CXLII.

Ira.

Alcaam veterescaudam dixere Leonis,
 Qua stimulante iras concipit ille graues.
 Lutea cum surgit bilis, crudescit & atro
 Felle dolor, furias excitat indomitas.

Ira rationem deturbat, atque ita homi-
 nem mutat in furiosam bestiam,
 quæ sibi ipsi nocet.

EMBLEMA

EMBLEMA CXLIII.

Ficta religio.

Regali residens meretrix pulcherrima sellæ,
 Purpureo insignem gestat honore peplum.
 Omnibus & latices pleno è cratere propinat:
 At circum cubitans ebria turba iacet.
 Sic Babylona notant qua gentes illice forma,
 Et ficta stolidas religione capit.

EMBLE-

El Ayuntamiento de Madrid ha acordado...
en consecuencia de lo que se ha acordado...
de conformidad con lo que se ha acordado...
de conformidad con lo que se ha acordado...
de conformidad con lo que se ha acordado...

Madrid, a ... de ... de 1887.

EMBLEMA CXLIIII.

Sapientia humana stulticia est apud
Deum.



Quid dicā? q̄i ónani hoc compellā nomine monstrū
 Biforme: quod non est homo, nec est Draco?
 Sed sine vir pedibus, summis sine partibus anguis,
 Vir anguipes dici, & homiceps anguis potest.
 Anguem pedis homo, hominem eructavit & anguis,
 Nec finis hominis est, initium nec est fera.
 Sic olim Cecrops doctis regnavit Athenis,
 Sic & Gigantes terra mater protulit.
 Hæc vastrū est species, sed religione carentem,
 Terrena tantum quiquē curet, indicat.

Hoc

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Hoc monstro illi significantur quibus spiritu
cœlesti rationabiliq; anima informatis:
nulla tamen alterius quàm ter-
restris vitæ spes
est.

EMBLE

EMBLEMA CXLV.

In nothos.

Herculeos spurij semper celebretis honores:
Nam vestri princeps ordinis ille fuit.
Nec prius esse Deus potuit, quàm sugeret infans
Lac, sibi quod fraudis nescia Iuno dabat.

Plæriq; spurij extitère viri præstantissimi,
 quales propemodù omnes Iouis filij, Romu-
 lus, & Iugurtha. At maximè inter cæteros Her-
 cules, qui nunquam in diuorum numerum
 venire potuisset, nisi nouercæ Iunonis dor-
 mientis lac exuxisset. Quod quidem innuit,
 Spurios haud temerè vnquam ad frugem per-
 uenire posse, aut ad honores euehi: nisi pro le-
 gitimis habeantur, fiantque hæredi-
 tariæ fortis partici-
 pes.

T

EMBLE-

EMBLEMA CXLVI.

Mentem, non formam plus pollere.



*I*ngressa vulpes in Choragi pergulam,
*F*abrè expolitum inuenit humanum caput,
*S*ic eleganter fabricatum, vt spiritus
*S*olum deesset, ceteris viuisceret.
*I*d illa cùm sumpsisset in manus, ait:
*H*oc quale caput est, sed cerebrum non habet.

Vulpis huius (quæ versutum hominem signat) Apophthegma, in multos torqueri potest: qui faciem quidem hominis extra præ se ferentes, intus sensu, & ratione sunt vacui.

EMBLEMA CXLVII.

Submouendam ignorantiam.

Διαλογισμός.



Quid monstrū id? Sphinx est. Cur candida virginis
 Et volucrum pennas, crura leonis habet? (ora
 Hanc faciem assumpsit rerum ignorantia: tanti
 Scilicet est triplex causa & origo mali.
 Sunt quos ingenium leue, sunt quos blanda voluptas,
 Sunt & quos faciunt corda superba rudes.
 At quibus est notum, quid Delphica littera possit:
 Precipitis monstri guttura dira secant.
 Namq, vir ipse, bipesq, tripesq, & quadrupes idē est,
 Primaq, prudentis laurea, nosse virum.

T 3

Sphinx

ANDREAE ALCIATI EMBL.

Sphinx callidum & crudele monstrum, angustias viarū ad Thebas obsidens, prætereuntibus tale proponebat Aenigma: Quódnam animal est quadrupes, bipes, & tripes, quod qui solvere non possent, eos vt ignorantes interimebat. Donec Oedipus sagax diuinator illac præteriens, gryphum soluit. Eiusmodi animal hominem esse dicens, qui infans quadrupes repit, iuuenis duobus ambulat pedibus: senex baculo vt tertio pedi innititur. At sicut seipsum nosse iuxta Delphicā in Apollinis delubro inscriptionem γινῶθι σαυτὸν, summa est Sapiétia: sic quid sit homo nescire, & seipsum minimè nosse, extrema est ignorantia, quæ plurimos perdit. Ea autem euenit aut ex ingenij leuitate, aut ex voluptate, aut ex arrogantia, quæ volucrum pennis, ore puellari, & leonis pedibus, in hoc monstro figurantur.

EMBLE

EMBLEMA CXLVIII.

Φιλαιτία.

Quòd nimiùm tua formatibi Narcisse placebat,
 In florem, & noti est versa stuporis olus.
 Ingenij est marcor, cladesq₁ Philautia: doctos
 Qua pessum plures datq₂ deditq₃ viros.
 Qui veterù abiecta methodo, noua dogmata querunt,
 Nilq₃ suas prater tradere Phantasias.

Φιλαιτία efficit, vt sui ipsius admirator, me-
 lioribus aliorum operibus relictis, sua tantùm
 amet, & probet, idq_{ue} non sine suo ma-
 gno malo, qui florem sine fru-
 ctu obtulit.

T 4 EMBLE-

EMBLEMA CXLIX.

Impudentia.

Pube tenus mulier, succincta latrantibus infrà
 Monstrorum catulu, Scylla biformis erat.
 Monstra putantur auarities, audacia, raptus,
 At Scylla est nullus cui sit in ore pudor.

Scylla monstro, aut rupe in mari, suprà ore
 virgineo, infrà caninis baubantum capitibus,
 notatur externa viri vel fœminæ forma deco-
 ra, quæ intus tribus est caninis rabida vi-
 tijs. Inuidia, rapina, & improba
 audacia, atque impu-
 dentia.

T S EMBLE-

Indulgencia

De la Santa Cruzada de Indulgencias
que se concede a los que contribuyeren
a la guerra de España contra los moros
y a la guerra de Portugal contra los franceses.

El Rey, por su Real Cédula de 17 de Mayo de 1763,
mandó que se concediese a los que contribuyeren
a la guerra de España contra los moros y a la guerra
de Portugal contra los franceses, una indulgencia
de diez años de pena de purgatorio, para que se aplicase
a los que contribuyeren a la guerra de España contra los moros
y a la guerra de Portugal contra los franceses.

En Madrid, a 17 de Mayo de 1763.
Yo el Rey.

EMBLEMA CL.


Non tibi, sed religioni.



Isidis effigiem tardus gestabat asellus,
 Pando verenda dorso habens mysteria.
 Obuius ergo Deam quisquis reuerenter adorat,
 Piasq; genibus concipit flexis preces.
 Ast asinus tantum praestari credit honorem
 Sibi, & intumescit admodum superbiens:
 Donec eum flagris compescens dixit Agaso:
 Non es Deus tu (Aselle) sed Deum vehis.

Sacerdotes etiam si aut ignari aut scelerati
 sint honorantur tamen illius Domini, cui sa-
 crati sunt, gratia. Itidem Regum, Principum,
 & magnatum famuli.

EMBLE-




EMBLEMA CLI.

In illaudata laudantes.



Ingentes Galatūm semer mi milite turmas,
 Spem præter trepidus fuderat Antiochus,
 Lucarum cum sæua boum vis, ira proboscis,
 Tum primum hostiles corripuisset equos:
 Ergo trophæa locans Elephantis imagine pinxit,
 Insuper & socijs Occideramus ait,
 Bellua seruasset ni nos fœdissima Barrus,
 Ut superasse iuuat, sic superasse pudet.
 Vtile sæpenumero anteponitur honesto,
 in bellis præsertim, in quibus sola spectatur
 victoria, aut fraude, aut dolo, aut militū stren-
 uitate, aut machinis paranda,

EMBLĒ



The text in this section is completely illegible due to the extreme level of noise and degradation. It appears to be a block of several lines of text, possibly a paragraph or a list, but no individual words or characters can be discerned.

EMBLEMA CII.

Pax.



T Vrrigeris humeris, dentis quoq; Barrus eburni,
 Qui superare ferox Marria bella solet,
 Supposuit nunc colla iugo, stimulisq; subactus,
 Casareos currus ad pia templa vehit.
 Vel fera cognoscit concordes vndiq; gentes:
 Projectisq; armis munia pacis obit.

Caesar triumphans in Capitolium ascendit,
 cum Elephantis quadraginta, senos lychnu-
 ehos gestantibus flammantes, & odoratos,
 in si-

ANDREAE ALCIATI EMBL.

in signum pacis bello partz. Elephas namq;
 robore ac dexteritate præstans animal
 fuit bellicum, docili autem man-
 fuerudine, triumphale ani-
 mal, & pacifi-
 cum.

1.12. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.13. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.14. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.15. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.16. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.17. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.18. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.19. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.20. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.21. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.22. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.23. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.24. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.25. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.26. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.27. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.28. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.29. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.30. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.31. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.32. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.33. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

1.34. Gastos de otros conceptos: 0 millones de euros.

EMBLEMA CCIX.

Salix.

Quòd frugisperdam salicem vocit arit Homerus,
Clitorijs homines moribus adsimilat.

Homerus Poëtarum maximus salicem proprio epitheto frugisperdam dixit, quod fructum nullum proferat, & in aquis aut propter aquas proueniat. Per hoc significans hydropotas abstemios parum frugiferos esse, aut corpore aut animo. Tum maximè quòd salicis semen calorem naturalem extinguere, & vim generandi perimere dicatur.

EMBLEMA CCX.

Ilex.

Duritie nimia quòd sese rumperet Ilex,
Symbola ciuili seditiois habet.

Ròbur rigidissima quercus species in suæ substantiæ partibus adeò àstrictum est duritie quadam naturali, vt per se fatiscat ac diffindatur: sese inuicem deserentibus, ac dissiliëtibus totius corporis partibus, ad intimum vsque & penitissimum truncû. Vnde fit vt postea suo
d rigore

ANDREAE ALCIATI EMBL.

rigore hians & diffissum, cuneis intrudendis viam aperiat, quibus malleo intrusis, vi dirumpitur in fragmenta: & deinde in ignem mittitur, sic & seditiosi populares durissimæ ceruicis, cum vnâ contineri, & concordes conuenire nõ possint, obrigidiorem & nimis peruicacem naturam ab inuicem separantur, locumq; dant manui potestatis, quæ in eos irrum pens disgregat, disperdit, & vlttricibus supplicijs ad nihilum redigit.

EMBLEMA CCXL.

Buxus.

Perpetuo viridis, crispòq; cacumine buxus,
 Vnde est disparibus fistula facta modis:
 Delitijs apta est teneris, & amantibus arbor:
 Pallor inest illi, pallet & omnis amans.

Buxus in folijs perenni est virore, in ligno autem exanguis pallore, quo tamen tibix excantantur harmonicæ ad amatoria carmina suauius personanda. Sic & amatores viuaci amoris calore & iuuenili vigore virent, biliosis affectibus suffusi pallefcunt. Voce autem & sermone sunt blando, ac suaue loquenti.

FINIS.

IMPRESSVM FRANCOFVRTI
AD MOENVM, APVD GEORGIVM COR-
uinum, sumptibus Sigismundi Feyerabende
& Simonis Huteri.



M. D. LXVII.

EXPOSICION DE MADRID
-500 ANIVERSARIO DE LA FUNDACION DE
MADRID (1539-1939)
EXPOSICION DE MADRID



ORPHEVS ANTIQUISSI-

MVS ET OPTIMVS POETA,
Philosophus Trismegistus de Lapidibus,
nunc demum latio iure donatus.

HANNARDO GAMBERIO
INTERPRETE.

Accesserunt eiusdem Hannardi scholia, quæ & rei medicæ studiosis vtilia iucundaque futura sunt: & quæ quibusdã locis obscurioribus plurimũ lucis adferent.

*Item argumentum in Orphei libellum
Renato Perdrerio interprete.*

Accessit præterea doctissimi & clariss: viri D. Wendelini Coronobachij Nepotis, Medicinæ Doctoris iudicium, cum eiusdem animaduersionibus, quæ iusti commentarij loco esse possint.



LEODII,

Ex Officina Gualteri Morberij.

1 5 7 8.

CVM PRIVILEGIO.

INSTITUTO

DE ESTADÍSTICA Y CENSOS

DE MADRID

ANEXO

AL

LIBRO

DE

ESTADÍSTICA

DE

ESTADÍSTICA

DE



M. HANNARDI

Gamerij in Orpheum Tris-
megistum præfatio:

AD D. PAVLVM

PROSTMANNVN REVE-
rendum & Generosum virum pietate, no-
bilitate & eruditione eminentissimum,
Insignis & antiquissimi monasterij Mar-
tiniani Abbatem dignissimum, dominum
& Musarum patronum.

Litteræ tuæ: Reuerendæ &
generosæ domine, quibus
pro Orpheo Trismegisto
tribus numinibus cōsecra-
to gratias non gratis agis immortales:
quarto nonas Iul: mihi redditæ sunt, ex
quibus animi tui integritatem volunta-
temq; facillimè & optimè perspiciens, in-
genium & iudiciū tuum satis pernoui.
Licet enim duo illi Trudonensis & Flo-
ressianus

A ij

ressianus

reffianus Abbates, studio & doctrina
viri præstantissimi gratissimos se erga
Orpheum præbuerint, meosque labores
honorarijs muneribus satis superq̄ com-
mendarint, spemq̄ & opinionem supe-
rauerint meam: nescio tamen (quod pace
eorum dixerim) quomodo tres illi tui
nobiles (quorum tamen pretium singuli
æquabāt) & acceptiores & multo gra-
tiores extiterūt, siue: quæ tui est iudicij
subtilitas acutissimi: quia Orpheum no-
strum Triarijs militibus defendendum
visus es committere, siue quia Trisme-
gistum illum Poëtam & Philosophum
ter maximum tribus ter maximis NO-
BILIBVS aureis dignum iudicasti, si-
ue quia eum summo pretio æstimādum
censuisti. vt vt est, & quicquid est, hæc
tua Trias: qua & Orphei Trismegisti
dignitatem adæquasti, nomenq̄ expres-
sisti, & argutum suauissimi ingenij tui
acumen ostendisti: merito mihi fuit gra-
tissima,

issima, quam nō in meos priuatos, sed in
omnium studiosorum cōmunes vsus con-
uertit. Nam statim atq; litteras tua desi-
deratissima manu exaratas, tribusq; illis
nobilibus honoratas oneratasq; accepis-
sem, in mentem venit, propter quem dati
& missi essent, ad eum reuerti, & non
alij quàm Orpheo retractanda, & eius
operi denuò sub. incudem mittendo im-
pendi oportere: Quod quidem vel eò ma-
gis Orpheo deberi visum est, quòd paulò
mendosior in lucem prodisset. Accede-
bat & hoc, quòd tū ingenio & doctri-
na, tū etiam iudicio acerrimo. vir præ-
stātissimus Venedalinus Coronobachius
Nepos, olim cum magno suo & Reipu-
blicæ commodo in Thracia atque India
versatus, nunc uerò (vt Quintiliani ver-
bis utar) in nobili Aduacorum emporio
medicinam factitās, missis ad Typogra-
phum litteris, studiū & operā nostram
commendauit, & non minus scite quàm
doctē

doctè quædam aut non obseruata, aut à
me non satis intellecta annotauit, quæ,
mea sententia, nequaquam à græcanicæ
& rei medicæ studiosis cælâda huic edi-
tioni adiecimus. Porrò nolo te mirari,
quod mirari te scribis, quapropter cum
cæteris, Orphea etiam tibi cõsecrare vo-
luerim, siquidem tuæ sanctitas vitæ,
morum castitas, grauitas & animi con-
stantia, & temperatæ orationis atque
disciplinæ seueritas te nostro Orpheo nõ
patronum modò, sed etiam conseruator-
rem meruerunt, qui priuatis utilitati-
bus publicas, mortalibus æternas ante-
ferens, multò diligentius muneri tuo,
quàm facultatibus consulendum putas.
At non te mihi ignotum dicas, nam quo-
modò tu, qui re & nomine pacis & san-
cti otijes socius, quiq; virtute animi atq;
vita bonus in te omnium bonorũ oculos
animosq; conuertis, Apollinis & Phæbi
similimus, à quo veluti subiecta & infe-
riora

rora corpora lumē accipiunt, quod mox
alijs impertiant, & , quoad fieri potest,
reddant illustrius: sic & tu alios ad te
tanquā ad Asylum confugientes tam
libenter, quā copiosē tui consilij salu-
berrimi, virtutumq; tuarum reddis par-
ticipes: quomodò, inquam, tu, tanquā
ciuitas in mōte, in omnium oculis positus
vnū latere Gomerium potuisti, cui mul-
tò antè, quā Orpheum vertendum su-
sciperem, diuersorum hominū relatu &
præsertim tuis, & D. Ioannis Vual-
scharts SS. Theologie Doct. absolutiss.
virtutibus fuisti notissimus, utpote cu-
ius virtutes & studia planè diuina, tãto
præsule dignissima magis magisq; indies
auctā, non tãtum tibi apud tuos autori-
tatem conciliant, verum etiam absentes
& externos ardentissimis tui desiderijs
incendunt, in quorum numero me esse
non inuitus profiteor, tuis & in primis
tibi gratificari paratissimus. Accipe igitur

A iiij tur

tur, domine gratiosissime, accipe, abbas
& præsul amplissime, Orpheum Tris-
megistum tuum, nam quòd tersior &
nitidior à prælo ad suos græcanicæ &
physicæ rei studiosos reuertitur, id vni-
uersum, tibi debemus, cuius liberalitate
& beneficio ab erroribus vindicatus ex
Trismegisto Orpheus Prostmannus &
Martinianus repète factus est: Vale mu-
sarum decus, & Abbatum gemma, cui
fortasse Abbates alios virtutibus, pieta-
te, eruditione & gloria pares habemus,
& in posterũ habituri sumus, superio-
rem ferè neminem. iterũ vale. iiii. Idus
Iulias. ex ædibus Typographi inter plu-
rimas occupationes raptissime. Vale ter-
tium Poëta & Poëtarum pater,

Cuius in auspicijs felix Oeagrius Orpheus,
Nomine mutato, vult Prostmannus haberi.

Tux Reuerendæ & generosæ ex-
cellentiz deditissimus atque
humilimus seruulus

Hannardus Gomerius.

DE METRII MOSCHI AR-

GUMENTVM IN OR-
phei libellum de Lapidibus Re-
nato Perdrerio Parisiensi
interprete.



Theodamanti Priami filio obuiam venit
Orpheus, cum aliquibus familiaribus
in montem conscendens, ad sacrificium,
quod singulis annis Soli peragebat: &
ei instituti annui sacrificij causam explicabat, in-
quient: cum puer essem aliquando, & à dracone mi-
bi vitæ periculum immineret, profugi ad proximum
phantum Solis, à quo quum seruatus fuisset, pater
Phæbo donaria annuatim attulit, pro salute filij, il-
lo verd defuncto, pro patre huiusmodi rei sacræ suc-
cessor substituitur Orpheus: quam vt nunc exoluat
secum Theodamantem assumit, in via facultatem
& vsum lapidum recensens: ex quibus quidã sacra
facientibus multum conferunt, si ab ipsis gestentur,
vt votis fruantur: alij, venenatis moribus meden-
tur. Quapropter (vt existimo) Nicander Colopho-
nius postremò incitatus, Theriaca conscripsit.

D. WEND: CORONO:

Fuit hic Nicander Xenophanis filius Colophonius Grā-
maticus, Poëta & medicus, qui Attali Secundi Ga-
latonitæ vixit & floruit tēporibus, cuius etiānum
hodiè extāt Theriaca & Alexipharmaca, in quibus,
A v exemplo

exemplo Orphici, præsentia aduersus serpentum
morsus ab herbis petēda monstrat remedia, quæ
admodum antecum à lapidibus petēda Orpheus
prius in hoc libro descripserat.

Eiusdem.

*Sciendum est, duo præmia esse huius poematis.
In primo virtutem ipsam, & sapientiam celebrat,
& heros propter illam olim in præcio habitos, &
semideos existimatos: quorum matrē virtutem ap-
pellauit: in eodem & priuatos homines obiurgat,
quod inuideant virtutem amplectentibus, & cum
illis hostiliter agant.*

*In secundo Orpheus & Theodamas colloquen-
tes introducuntur.*

O R-

ORPHEVS DE³

LAPIDIBVS M. HAN-
NARDO GAMERIO

INTERPRETE.

Iuppiter à miseris cladem mortalibus arcens,
Iussit vt in terras Aethiadae nauis abiret:
Qui sua dona ferens ærumnis ritè medendis,
Humano generi secretas traderet artes.

Vos igitur: quibus est animi sententia prudens
(Quandoquidem dico tantùm sapientibus ista,
Quàm stultis operam benè sumptam nemo locarit)
Accipite hæc animis, & lati fixa tenentes
Diuorum monitis promptas aduertite mentes.

Res facit esse deos, qua delectatus Apollo
Ipse suum * natum morbos curare peritum,
Vsbis insignem medicis inuexit olympo.

* Alcides etiam diuina palladis arte

Auertit misera noctura pericula turbæ:
Saturnoque satius latè super æthera Chiron
Gnarus opis medicæ caput inter nubila condens,
Permissus superis altum conscendit olympum.

Iuppiter hos gaudens intra sua tecta recepit,
Vspote quos diuus sua gratos propria virtus
Reddidit, aut aliqua cælorum parte beauit.

At, qui sceptrâ deus fragili gerit aurea mundo,
Dispensator opum, miseram vel degere vitam
Cogit, & innumeris premit anxia pectora curis:
Vel, si qui sapiunt aptis rationibus vsq;

Què hic
Orphe⁹
Mercurium vo-
cat, alij
Prometheu⁹ fa-
ciunt.

*.i. Ac-
culapiu⁹.

*.i. Her-
cules.

Hos

*Hos in Mercurio sacrum diuinitus antrum
 Dūcit, & optatis dat votis posse fruisct,
 Omnia suppeditans: ceu pleno copia cornu
 Diuitias & operac plurima dona ministrat:
 Quæ mox inde domum veniens miranda reportet,
 Et depellendis arumnis munera, plenis
 Ambabus manibus, quàm laudatissima monstret.*

Quisquis Atlætiada semel hoc penetravit in antrū:

Quid possit cognitio rerum naturalium.
*Hunc neq; dira grauis morbi contagia latent,
 Conficientie domi, neq; victus ab hostibus ullam
 Victor vbiq; potens aduersam senties iram.
 Quin neq; vir fuerit tam forti pectore quisquam,
 Qui velit illius profiteri viribus hostem,*

Aut ab eo dandam speret pugnando coronam.

*Imò feris illum montanus esse leonem,
 Efficiamq; Deum populis hinc inde videri,
 Ac (veluti Reges magnum Iouis incrementum)
 Externæ gentis sentire colentis honorem.*

*Illum dijs similem molles heroës amabunt,
 Tractandumq; piè propter sua brachia pudent:
 Illum sollicito versans in amore vocabit,
 Participemq; sui volet esse puellula lecti,
 Qui varius claro spectandus luceat auro.*

*Eius vota pias superùm referentur ad aures,
 Et rata semper erunt: quod dijs firmantibus omen
 Tutus, & à pelagi securus vbiq; periculis,
 Terras atq; maris siccis premet æquora plantis,
 Incutietq; sui, nullo comitante, timorem
 Piratis latuæ solitis vexare profundum.*

*Hunc serui dominiæ cari patris instar habebunt,
 Ac sum-*

Ac summo studio, curaque fideliter arcta
 Servabunt aedes, tanquam sint regis, heriles,
 Hic sciet ingenuam, quamcumq; poposcerit, artem,
 Quodque sub occulto conclusum pectore gestant,
 Nuscet id amne suis, exploratumque tenebit,
 Et quasi diuinis secretum mentibus abdet.
 Quin etiam volucres vates Iouis atq; ministras
 Ignoto liquidum ferientes aera cantu
 Audiet, & voces intellecturus eorum,
 Saena retinet humi gradientis tela draconis,
 Reptiliumque graues animantum cõprimet ictus.

Com-
 moda e-
 ruditiõ-
 nis atq;
 sciẽtia.

Ille sacrum morbum sacro medicamine tollet,
 Ac Elephantiasis quouis in corpore vindex
 Desuetas animas caeco reuocabit ab Orco,
 Et quascunq; volet formas post funera reddet.

Plurima praeterea verè diuina leguntur,
 Abstrusõque latent & conseruantur in antro
 Munera semideis & turba danda beata,
 Quae mihi stellati mactator prouidus Argi
 Iussit, vt ad populos seruandos carmine dulci
 Nusquam dissimulans clarè vulganda referrem.
 Sed bona tam donis homini sapientia sordet,
 Et luit immeritis damnata scientia pœnas,
 Quae vetus in summo debebat honore reponi.

10
 11
 12
 13
 14
 15
 16
 17
 18
 19
 20
 21
 22
 23

Despicitur virtus, & nil postponitur illi,
 Quae tamen humanos leuat omni parte labores
 Diuitijs potior: quae re praestantior omni
 Religionis amans curam facit esse deorum,
 Et facit esse deos, quos quisque docendus amabit.

At sanos homines insani saepe fatigant,
 Et cogunt

*Et cogunt patrijs miseros ex viribus ire,
Mercurioque deo passim conuitia dicunt:
Quòd cum semideis olim versatus, iniquum
Humano generi subisò se præsistit hostem,
Difficilemque magum vulgato nomine fecit,
Quem penes & cultus, & diuim oracula manerent.*

Omnib'
gratifi-
cans nò
omnib'
placet
Mercuri-
us.

*Ipse quidem fortis multo certamine victor
Cædibus exultans claram Ioue præside lucem,
Et velut accenso maiorem lumine reddit.
Sed genus hoc hominum stolidarum more ferarum
Expers consilij, non implorare solebat
Luminis auctores & dantes munera diuos.
Nec miratur opus præsentis numine sacrum,
Nec quaerenda peti: siquidem mens improba prauit
Indulget vitijs, & densa condita nube
Florentis pratæ virtutis adire recusat,
Præbens innumeras quouis è flore coronas.*

Affiduis
vendit
sciētiam
laborib'
Iuppiter

*At quicumq; meis erit auscultare paratus
Prudens consilij: huic me promitto daturum
Thesuros auro meliores diuite pulchros
Donandos homini, qui fortis ubiq; potensque
Institui cupiat, docilis patiensque laborum.
Ausus in ignotis perquirere plurima rebus,*

Occasio
scripi

*Nam, qui cuncta videt latè conuersus ad orbè,
Non voluit finem Saturnius esse laborum:
Sed iubet assiduo sudore per omnia ferri:
Sicut equi tracto clarum super aspera currum
Solis ad occasum latè splendentis anhelant.*

Hypothesis .i. libri argumentum.

*Me magis oblectauit consulti verba magistri
Prudentis*

Prudentisq; viri, quàm grandes aris acerui,
 Aut, quod præcipuè mortalibus imperat, aurum.
 Nam: cum sacra deo facturus debita pæcabo,
 In viço patris concluso manibus irem:
 Ecce, suburbano tunc fortè reuersus ab agro
 Se mihi Theodamas prudenter commodus offert.
 Ad quem: dum sociam cum dextra copulo dextrat
 Talibus extemplò sum clarè vocibus vsus.

Qui mihi dilectos inter numeraris amicos,
 Cras, nisi te causis occasio pluribus vrget,
 Me socio patriam retrò comes ibis in urbem.
 At modò, quandoquidem mihi post conuiuia lato
 Obuius es diuùm præsentis numine factus,
 Dic agè, si mecum proficisci fortè recuses:
 Nam stata sacra paro, quæ sanctè facta modesti
 Lata mente viri superis præstare solebant,
 Vspote quæ diuos oblectatura colendos
 Efficiant festis simul indulgere chorais.

Non longum faciemus iter, quia cernis ab isto
 Culmina summa loco laris incunabula nostri,
 Vnde fui quondam puer ausus solus abire
 Ponè sequens iunctas visis perdicibus alas:
 Quas simulac vidi, tantùm non ipse prehendi
 Ante pedes interq; manus hinc inde volantes.

Postmodò præproperè factò super omine pronus
 In pectus cecidi, subitòq; per omnia current,
 Perdices iterum pede festiuante sequebar,
 Quas ego deueniens ad summa cacumina montis,
 Audio turbatas illinc stridentibus alis,
 Non secus ac tenso iaculum torquetur ab arcu.

Optatum

Optatum televa motare per aëra pennas.
 Quippe fuit visus parula sub tegmine fagi,
 Ducere terribiles per tracta volumina gyros,
 Sibila colla tumens mortis prænuucia serpens:

Hunc ego perdices aduersa parte secutus
 Totus in ancupio ductu multiplice lapsus
 Non prius aspexi, quam colla minantia cadem
 Tolleret altus humo, vinum absorbere paratus.

Si discedenti retrò quis præsto fuisset:
 Diceret ille quidem, me non puerilibus vsus
 Gressibus, at volucres perdicum more secutum.
 Horrebant siquidem pauido mea membra timore,
 Et stabat trepidus circum præcorata sanguis,
 Quando mihi scirem tam certa pericla creari.

Sæpe fera telo suprema fimbria vestis
 Fera tacta fuit: mortem mihi sæpe minata
 Dira cruentato mortis mihi causa fuisset:
 Ni Deus antiquam me deduxisset ad aram
 A patribus Soli, qui conspicit omnia, factam;
 In qua relliquia flammæ iacere voracis
 A sicco drepta sudas oleagina ligno:
 Quam simulatque manu se defensante prebendi,
 Illic terribilem baculo coarctor ad anguem
 Hoc magis iratum, quòd me consistere coram
 Et sumpsisse sibi contraria tela videret.

Iam spinam spiris ingentibus ipse ligarat,
 Versaratque suis sinuosa volumina nodis,
 Clamoresque meos per sibila plurima vincens
 Impositum sacra caput importauerat ara:
 Cum frustra feriens frangendo fuisse draconem

unum solidum decet.

Sentio

Non secus ac mulctris sua præbent vbera vacca,
Aut velut est pleno sæcunda puerpera partu.

laſteam
vocat.
Card. lib
7. de sub
iii.

Hanc & Anaclitem patres adamanta vocarunt,
Quod per eam superis fumantia sacra placerent.

Hanc & lethæam dixerunt omine gemmam:
Quod planè prohibens rerum meminisse malarum

Pacatis animis bona concipienda ministret,
Nec sinat ipsa deos homine sue doloribus angè.

Non desunt alij, qui posse galaetida dici
Hunc lapidem dicant, quia densi copia lactis,

Aus sanies lacti similis monstratur in illo,
Cuius ut & vires mox experiare licebit.

Vbera si videas ouibus concreſcere læſis,
Si gregis in medio ſtes conſpiciendus ouis,

Et nunc penè ſuos maturos viribus hædos,
Nunc etiam factos multis balatibus ægros

In ſtabulis agnos iuxta præſepia ſpectes:
Obſecro, quid facias, ut eis medeare iuandis?

Inuitas ouium matres ad flumina coges,
Atq; laborantes vitijs in fonte lauabis,

Dùm putres habeat voluatq; per ægmina fluctus.

Hinc lætus radijs & primo lumine ſolis
Vuzenti ſimilis, ſanguam pollinèlor, obibis

Caprigenas pecudes, & oues in ouilibus omnes,
In cinerem verſi Galatidis viribus uſus,

Quem dabit in liquida tritum ſalſugine crater.

Mox pecudes vegetas & conualuiſſe videbis,
Et largè præbere ſuis lac ſætibus vltro,

Quos ſætuos videas circum data pabula miris
Luxuriare modis, ſalſiq; per omnia ferri.

B ij

Si bibas

*Si bibat immixtum Galatidem fœmina mæsto,
Plurima lactis erunt lactantis flumina matris,
Et satur in cunis lactatus dormiet infans.*

*Si lapis è pueri collo dependeat idem:
Pestis nulla suam dabit illa nocte Megaram,
Sed nec erit visis ætas ea territa spectris:
Quod si tu lapidem manibus gestaris eundem:
Te venerabuntur quocunq; sub ordine reges,
Te populus multis cum gentibus omnis amabit,
Et rata semper erunt diuos tua vota precantis,
Vipote queis fuerint præsentibus omnia curæ.*

3. Petracee, qui & glossopetra.

*Quisquis glossopetram lapidem gestare meretur,
Frustrà Thuricremam non sacrificabit ad aram.*

4. Achates syluosus. Agata.

*Si gestare manu partem merearis Achata,
Commoda sortiti fraudosa nomina syluæ:
Gratus eris superis, qui delectantur in illo
Arboreis plenos referenti floribus hortos,
Monstrantique suos ipso cum pondere ramos.
Scilicet est ideo dictus syluosus Achates,
Quod natura sua respondeat vndique syluis,
Ceu viridi granidas ostendat in arbore frondes.*

*Bobus araturis si cornua tracta fricabis,
Aut humeros tanges, vt aratio fiat, Achate:
Spiciferam Cererem faultricem senseris esse,
Et sata lata tuo matura videbis in agro.*

5. Cornu cerui.

*Vt sint dura tibi viuacis cornua cerui:
Accedes superos, quos admirabile rerum*

Natura

Natura desolat opus, quod ceruus habendo
 Donatum capiti celer inter cornua gestat,
 Extra se varias ausus promittere vires.

Non tamen innatus capiti lapis esse videtur:
 Sed duro similis lapidi color extat in illo,
 Et, lapis, an cornu sit, vix dignoscere possis:
 Ni prius obrutum re vera senseris esse
 In cornu lapidem, qui caluis redere crines,
 Ac oleo mixto caua tempora fortiter vinctis
 Instaurare solet sublatis crinis honorem.

Si fortasse tibi iuuenis ducenda sit vxor,
 Hoc praesente piam viues in secula vitam:
 Et vos multiplici iungens concordia nexu,
 Pacificis animis stabilem firmabit amorem.

W E N D: C O R O N O:

Nicanter author est, suffitu cornu ceruini, quod multa
 cuspidis praestans sit, noxias serpentum plagas tolli,

6. Barbarus lapis ijs potissimū seruiens at-
 que vtilis, qui in agris colēdis occupatur.

Filius Aegiochi Iouis almo sanguine cretus,
 Pictus acu chlamidem, taurorum pastor agrestum
 Delegit lapidem, qui barbarus esse putetur.

Nascitur hic rapidi Syrijs Euphratis in vndis,
 Qui semel inuentus si sit tibi sacra paranti,
 Luduet auratas facundis vitibus vuas:
 Et dabit te vini non copia parus sequatur.

7. Iaspis. Iaspide.

Splendidus, et viridis superis est gratus Iaspis,
 Et sacra facturis omnem fortunat honorem:
 Nam per eum diuisi prisco de more vocati

B ij

Acrys

*Aeris mittent effusum nubibus imbrem,
 Et large pluuijs caelestibus arua rigabunt.
 Siccus ager iusto ridens humore madescet,
 Et, quaecunq; nocent campis, ab lasside victa
 Illico cessabunt funestae laedere pestes:
 Auspiciis diuis hoc confirmantibus omen:
 Quod lapis hic positus; veluti crystallus: in ara
 Ephabi radijs caelestem concipit ignem,
 Et sine communi flammam ciet igne furentem.*

*Prorsus idem faciet, si puluere teclis lassid
 Impositum cineri gelidum ferat ipse lebetem:
 Namq; licet ferri non sentiat alueus ignem
 Frigidus, & gelidis multo plenissimus vndis
 Protinus ardentis vis efferuescet aheni,
 Et magnum gemitum rauco stridore ciebit.*

8. Topazus. Topatio.

*Qui bonus & multum pellucidus esse videtur,
 Vtilis est etiam facienti sacra Topazus.*

9. Opalius & Lepidorus.

*Dicitur Opalius superis charissimus esse,
 Qui puero similis formosum corpus habenti
 Morbosis vitij oculorum rite medetur.
 Si facias istum lacrymis coalescere pini,
 Ac in odorata smyrna lapis ille teratur,
 Qui lepidorus habet squamosus ab angue figuratus,
 Protinus in rebus praesentibus atq; futuris
 Vaticinij populo redides oracula dictis,
 Ac ignota prius bona, vel mala plurima disces,
 Expertus nervis lepidorum posse mederi.*

Hi duo sunt lapides ornati, rumine pbaebi.

Quippe

15
Quippe coruscantes multis splendoribus ambo
Solis habent radios, quos solo forma colore
Distinctos oculis in imagine crinis adumbras.
Sublatis radijs Crystallum hunc esse putares,
Illum Chrysolitum iuuares posse vocari.

Lapides
Solares

Sunt tamen ambo sacri præstâtes numique phæbi,
Et profunt homini, qui clara lucis amator
Spiritus solis bona naturalia debet,
Quem, simulac multa spectandum laude videbis,
Cernuus Heroem multæ virtutis honora.
Hi siquidem lapides ea pulchrè dona ministrant,
Propter quæ faciles superi dant vocibus aures,
Et vertunt animos ad verba rogantia promptos,

10. Magnes. Pedra calamita.

Bellipotens Maiors magnetem semper amavit,
Qui (vetusi medium complectens virgo maritum,
A quo diuelli se non passura fuisset)
Pellicit, aut ducent erabis ad sua pectora, ferrum,
Complexuque fouet non diuellendus ab ipso.

Compa-
ratio Ma-
gnetis
ad mulie-
rem ma-
riti amâ-
tricem.

Dicitur hic olim phæbi seruasse puella,
Cum sua conficeret medicamina fortia Circe:
Hoc quoque tunc audixit Ætius vsa ministro,
Quando veneficijs miris intenta parandis
Seruum Thessalicam docuit mirabilia artem,
Ostentans varias in toto pectore doses.

* i. Me-
dica.

Iudicio lapidis Magnetis discere posses,
An thalami consorsque thori tua casta sit vxor,
Promissamque fidem nudam tibi seruet, & ades
Ex Veneris pacto communis fœdere curet.
Hunc siquidem lapidem sub strata cubilia condens,
B iiij Mussabis

Mussabis placidas submissa murmure voces,
Mullebisque tuo mortalia pectora cantu.

Illa soporifera densa quiete iacebit,
Et somno indulgens ad te sua brachia tendet,
Amplecti cupiens cantantem dulce maritum:
Quæ si vota tuo non præstitit integra læto,
Protinus in terram sponda voluetur ab alta,
Turbatis animis & toto corpore præcepit.

Hunc duo si fratres lapidæ mereantur habere,
Semper erunt socij tranquilla pacis amantes:
Quòd si iura fors non contemnenda sequaris,
Et studijs gratam captes popularibus auram:
In magnete potes vulgi nutrice favorem,
Eloquijque sonia populo charissimus esse.

His alias vires iam dictis laudibus addam,
Multaque præterea lapidis miracula ponam:
Calorum dominis superis quid maius habemus?
Et tamen usque adeò flecti magnete putantur,
Ut tibi non aliter, quam gratificentur amici,

Supersti-
tio ethni-
ca.

Quos fecunda dedit rerum natura parentes.
At verò liceat nobis fecisse periculum
Cuncta probaturis experturisque probanda,
Cum sacra facturi sanctam veniemus ad aram:
Nunc: quia ponè legens pleno vestigia gressu
Fert humeris magnam viri fortis pectore sylvam,
Et, quia magna via pars restat euntibus una,
Non metuis visos diuis aspectibus angues:
Disce etiam nullo frangi serpentis ab iclu,
Dummodò sit tenuis pertusi pulvis Opbitæ.
Nam simulac contra telum letale draconis,

Contra

Contra vipereos morsus in vulnera mittes,
Morsifero venies præsens medicina dolori.

11. Orites siue siderites & Ophites.

Vulneribus factis serpentum dente medetur,
Aut aliquos saltem cruciatus lenit Orites:
Si datus in vino puro sumatur ab illis,
Quos nunc hydra suo, nunc morsu vipera laesit.

Iste Philoëtes heros incommoda passus,
Qui dudum paridem cursu vehemente citatum
Victor apud Troiam superatum fraude necavit,
Quiq; (Heleno Danais ita præcipiente) vocatus
Saucius ex Leno Troiana ad pergama venit:
Iste philoëtes (inquam) Peantius Heros,
Occisor paridis fallax incommoda passus,
Iam diffusus erat (carante Machaone) vulnus
Possè suum tolli, nisi patre docente, lapillum
Affecto femori sensisset ritè mederi.

Phæbus ei dederat lapidem, qui nomine verus
Reque Siderites (nonnullis dictus Ophites
Mortuus) in specie madidus lucente, vel asper,
Fortis, purpureus, crassusque ostentat habentis
Rugarum similes in aperto corpore fibras.

Huius virtutes ego me didicisse recordor
Æquali spatio viginti atque octo dierum,
Arcanas Heleno tradente fideliter artes:
Vt qui fœmineis homines congressibus arcet,
Et damnare iubet muliebria balnea castos,
* Ac Veneri sacrum facit euitare capillum,
Præbenti nimium gratam mortalibus escam.
Hunc Helenus lapidè viuis in fluminis undis,

Partis
philoëte
æ iacu-
lis occi-
sus.

Descrip-
tio Side-
ritæ.

Αδιανος
ιδιομα-
τος ιμπε-
ριου.
Non hic.

B v

Affiduo

herbam
adiantō
intelligit
sed vene-
rem que
præsit
herbæ
isti, que
que
huic her-
bæ no-
mē fecit.

*Assiduo motu versans ob saxa lauandum,
Creditor infanti similem fecisse figuram,
Mollibus in tunicis puerilia signa gerentem,
Et, quasi sacrificis placaret numina votis,
Cantando lapidi vitalia dona dedisse.*

*Quin etiam dicunt illam posuisse lucernas
Aedibus in puris accenso lumine claras,
Et: velut infantem teneris complectitur vlnis,
Quem pia prosequitur diuino mater amore:
Sic illum memorant enutruisse placentem
Hanc superis gemmam, curaq; fideliter arctâ
Tollendo manibus circumportasse fouendam.
Tu quoq; quando dei præsens miracula poscis,
Es cupis oblatas voces audire deorum:
Conficito gemmam manibus vibrantibus istam,
Et subito paruus vagire putabitur infans
Quærenti similis genitricis ad vbera pasci.
Tu verò intrepidus animis gestare memento,
Ne, si fortè nouo tua soluens membra timore
Excidat è manibus terram tacturus, & inde
Terribilem diuûm peccanti concitet iram.*

*Aude igitur quæ sunt post euentura rogare,
Nam responsa tibi quærenti vera sonabit,
Exponetque suis oracula singula diælis:
Quæ magis ut plano possis ediscere sensu,
Accedens propius (si quando enigmata pandet)
Percipies aliquid diuino more doceri.*

Priamus
Agamē-
noni &
Menelao

*Laomedontides gemma virtutibus huius
Phæbo lapidi suo confusus, id antè
Fratribus excidium, quo patria tota periiit,*

Hoc

Hoc & non alio pacto prædixit Atridis.

*Nunc igitur multas alias verace notandas
Ore Siderita vires ex ordine pandam:
Nam valitè similis lumbrico cuncta trementi,
Ipse facit subito pallefcere membra timore,
Et facit esse metum non formidandus inanem.
At Paantiades te multò triftior ibat,
Quando recordatus sibi facti vulncris anguem
Territus in fomno mordentem sæpe videret:
Quarè non vnguam genibusque & poplite flexo
Orandis superis adolere volebat honores,
Ni præstò sapiens Palamedes testis adesset,
Qui sciret magnum verbis lenire dolorem.
Quodam fortè die postquam venisset ad illum,
Eo mala serpentum vitare pericula vellet:
Tradidit arcanos comitatus Apolline sensus,
Quos ego veraci dicendos carmine ponam.*

*Me deus intonsus donauit munere vatem,
Virtutemque dedit, qua, cum prædicere possim,
Veridicus populo mystes oracula reddo:
Sed prius obstrictum per sacramenta coëgit
Dicere, me nunquam mendacis falsa parare,
Aut curaturum falsis intendere verbis.
Vnde meis præbens securas vocibus aures,
Credideris vati nil præter vera sonanti.
Tu mea verba tuo Princeps iaculator Apollo,
Quæ sum dacturus sancto rege singula nutu.*

*Terra parit miseris cladem mortalibus ægram,
Ac eadem cladi medicamina nata ministrat:
Serpentes siquidem produxit terra, sed ipsa*

Apostro-
phe ad
Apollin-
em.
Firmis-
mis ra-
tionibus
docet.

Contro

lapides. Contra serpentes medicina dona parauit.
 herbis. Omne genus lapidum sua terra semina debet,
 esse autē In quibus abstrusa mirando nomine vires
 ponēdos: Immensa, variaque latent multaque teguntur.
 Quae praestare queunt nata radicibus herbae,
 Hac eadem miri praestant virtute lapilli:
 Magna subest herbis & vis radicibus ingent,
 Sed gemmis multo vis maior inesse videtur:
 Nam natura suis manet incorrupta lapillis,
 Quasq; senescentes vix tempore videris villo,
 Perpetuo vires durantes integra seruat:
 Radices vero non omni tempore viuunt,
 Aut in flore manent, sed mox flaccescere visae
 A se degenerant, nec habent in viribus usum.
 Vere bonas plantasque malas carpsisse licebit,
 A quibus vitilicas derisumentumque petatur,
 Aut quibus integritas, vel deprauatio subsit:
 Sed raro lapides corruptos esse videbis,
 Cum tot sint lapides, quot nata montibus herbae,
 Tot numero valeant, quot praestant corpore vires.
 Tute vir excellens & valde nobilis heros
 Fide Siderita, per quem securus ab omni
 Serpentum iaculo per mille pericula vades:
 Et licet anguicomae sint hinc atq; inde figurae,
 Quae vel perniciem vel detrimenta minentur:
 Protinus euades mediae discrimina mortis,
 Amplexique suo tua morsu crura dracones,
 Non poterunt aliquo te conspurcare veneno,
 Sed subito stupidis similes, similesque fugatis,
 Effugium quarent, ac dilabentur in agros,

Aut

*Aut de more canum blanditi fœmina lambent,
Testantum exercis in saltu gaudia linguis.*

*Quãdò Sideritè, me dante, Euphorbus haberet,
Venatum properans inter spelæa draconum
Sapius in media securus dormijt Ida,
Nec tamen ille feræ cuiusquam spicula sensit,
Nec fuit ausus ei quisquam nocuisse draconum.*

*Inchytus & pulcher mihi consobrinus, & idem
Pectore vir forti præstans Menalippus amabat
Euphorbum iuuenem, qui primæ flore iuuentæ
Pulcher & ipse fuit, cristâq; comante superbus,
Nec minus in bello vibrata nobilis hasta,
Solutus enim potuit nullas Icetaone natus
Indagare feras, quas indefessus agebat,
Quanda sibi comiti præsens Euphorbus adesse,
Quo soto voluit socijs canibusque parato
Contentus dominus medias perquirere sylvas,
Ac exploratis sua retia tendere prædis.*

*Hunc ipsum studijs exercitioque Diana
Acriter intantum pater obiurgare solebat,
Quod fera bella feris capiendis mille pararet,
Quodq; suo damno ventura pericla vocaret.
Hunc ipsum Priamus quandoque retraxit ab isto
Venandi studio: sed non effecit, ut unquam
Fidus ab Euphorbo latum discesserit unquam.*

*Hunc ipsum iaculo virosus læserat hydrus,
* Causa; quod à tharo diuisus staret amico,
Quem simulac vidi sua tristia fata gementem,
Tendentemq; suas ad habenda leuamina palmas,
Facta pedis tractans serpentis vâlnera morsu.*

* Hunc
versum
Wend.
Corono.
substi-
tuit.

In triti

*In triti lapidis permisso puluere iuuil,
Et subito compos votorum saluus abiuit.*

*Auxiliatorem natura creauit Ophitem,
Qui matres steriles fecundas reddere possit,
Et qui principibus sua curet vulnere lassis.*

*Cōmoda magna deos homini prestare fatēdū est:
Naug genitricem medicam dixisse recorder,
Quōd vires lapidis clari didicisses Ophitea,
Quandō Bucolides Euphorbus ritē professus
Affereret multo vir quā̄m doctissimus vsu,
Non tantū̄m contra serpentum tela valere,
Sed quandoq; grauem capitis tenere dolorem,
Et cæcis oculis amissam reddere lucem.*

*Quin etiam surdis auditum saepe reduxit,
Effecitque virum sentiri posse maritum,
Qui prius ingratam Veneri prestabat opellam.*

* Hic lapis extructum] hos tres versus puto nō ad ophitem, sed ad Gagatem referendos.

*Hic lapis extructum si sit proiectus in ignem,
Illic serpentes accepto pellis odore,
Ac prodire suis inuitos cogit ab antris.*

W E N D: C O R O N O:

Itæcis oculis] præceptor meus Garcias ab orto collyrijs huius lapidis puluerem adhibere solet, & potui ægrorum miscu ille post datas potiones obseruari, semperque illi negotium felicissimè cessisse volebat idem ophitem dici.

12. Gagates. Azauaie.

*Serpentes fugiunt facto nidore gagatem
Humanum fædo perdentem corpus odore.
In nigro viridam species mentis a colorem*

Fluue

*Hunc lapidem latum non longum recte figurat,
Tadarum similes efflantem fortiter ignes,
Inque caua tetros reddentem nare furores.*

*Quis etiam nusquam plantatas praterit herbas,
Sed: velut Hercules prosternit corpora morbus:*

Sic plantas demittit humi pronasque reponit,

Et marcescentes nunc huc impellit & illuc,

Priuatæque suis in cæno viribus abdit,

Ut placent Hecates armatam cladibus iram:

Quæ cornuta, suo dum curru tracta videtur,

Conspectis hinc inde malis gaudere solebat.

*Huius si lapidis suffitu fœmina corpus
Fumiget, & fumos eiusdem mittat in aluum:*

Illic sanguineum stillabit ab inguine virus,

Pelliturque grauis tali medicamine morbus,

Qui solet obstructis vebemens in mensibus esse.

Plurima præterea noui præstare Gagatem,

Qui, quoties fœdos agilis venaberis angues,

Proderit, & solo pellet nidore dracones.

Hunc lo
cum in
græco
deprau
tum &
Perdrie
rio suspe
ctū pro
nostra
virili re
stituim⁹.

W E N D : C O R O N O :

Ut placent Hecates ꝫ veterum poetarum Theologia, & magorum superstitio habet tenuissimo minimoq; & vilissimo porri ac maluarum cibo visitare manes, quibus Hecate curandis præesset, pro cuius ira placanda sub nouilunium diuites in triuijs vespere cenam ponebant (nam tribus nominibus appellabatur, Luna, Arthemis & Hecate) quam pauperiores diripiebant & deuorabant dicentes, quod Hecate deuorasset. Hoc autem, quia sub nouilunium fieri solebat, in græco exemplari est *ἀρπίδα* .i. cornutam, *luna*, *hæc* Hecates epitheton, quod cur *ὀμι*
scria

22.

serit Hannardus, nescio, nisi forte (vbi hoc loco con-
queritur) mendosius illi exemplar contigerit, bona
igitur eius venia Gamenij carmen quod est,

Qua celeri curru dum prateruella videtur,
tali versu permutabimus.

Qua cornuta suo dum curru tracta videtur.

13. Scorpius.

Scorpie, te lapidem non esse putavit Orion

Maximus Heronum, quando cruciatus acerbo

Diuebatur propter sua membra dolore,

Namq; a te potius medicamina danda petisset,

Quam viuis cuperet sublimis in astra referri.

14. Coriphode. nisi sit legendum corsoi-
des, quod nusquam (quod quidem sciam) de

Coriphode legatur: & quæ hic Orpheus

Coriphode tribuit, ea omnia cor-
soidi conueniant.

Quin etiam canum lapidem non norat Orion,

Qui medicamentum permistus ad allia præbet,

Et iaculatorum, ceu scorpio, vulnera curat,

Momentoque breui setorum comprimit ictus.

Canites hominis representatur in illo,

Et per eum sumptum cum vino desinit esse

Punctio lethalis, vel factus ab aspide morsus.

Tritus & ex oleo, calido super igne, rosarum

Potus, habet collis ingentia dona medendis:

Quin & aqua tumidos homines intercute purgat,

Permistusque nouo, cum trito pulvere, melli

Pellit materiam per membra soluta nocentem,

Ac omnem tumidum profligat ab inguine morbum.

11.

• 15. Co-

15. Corallium. Corallo.

*Vulnera, quæ fecit per acumina scorpio caudæ,
Lethalesque notas serpentum dente paratas
Corallij virtus sacro medicamine tollit.*

*Retulit ipse mihi præsentis Phæbus Apollo,
Corallij vires alijs excellere rebus,*

Quas natura suo nascentes more creauit:

Vt pote cui solito veterem deponere formam

Primæ dissimiles tribuit deus ipse figuras:

Quæ res falsa queat, vel saltem fabula dici,

Ni documenta rei certæ pius vsus haberet.

Prouenit è viridi, cum primùm nascitur, herba,

Quæ non fixa solo, sed, tanquàm muscus & algæ,

Inuenit in medio naturæ semina ponto:

Pòst, senium patiens in læso frondis honore,

Amisissis folijs mediæ maris innatat vnda,

Dùm spumante salo fluctus ad littora voluant,

In quibus (vt dicunt, qui se vidisse loquuntur)

Æthere sub nudo positum firmatur, & inde,

Quod manibus poserat tractatum molle videri,

Fit subitò molli durum de vimine saxum.

Forma prius consueta manet, sed ramus in ipsis

Frondibus & fructus & qui radicibus olim

Truncus erat natus, cum toto cortice saxum est.

Si fortasse tibi contingeret ista videre,

Illic mille tuum pertentent gaudia pectus,

Ac: vetus istarum rerum tangebatur amore,

Qui magis atq; magis cupidus que audiusq; videndi

Intentis oculis miracula visa notabam,

Monstra locuturo vix ausus credere Phæbo:

Admirā
da Cora
lij natu-
ra.

Hunc lo
cum ex
Orpheo
Ouid. li.

4. Meta-
morph.
de sum-
ptū, pro
suo vsur
pauit.

Sic

Sic eadem spectans satiari velle recuset.

*Fama fuit veras non Gorgonis esse figuratas
 At modò: quàm fieri re comperiamus & istud:
 Quis neget implicitos capiti pro crinibus angues?
 Persea quis dubitet velociter esse volantem?
 Et vacuum celeres iactare per aëra pennas?*

*Scis equidè domitã gelido sub Atlante Medusarum
 Exitium multis & noxia damna parantem
 Supplicium Persi victori morte dedisse:
 Nam, quos ipsa suis oculis horrenda notarat,
 In durum siticem conuersi protinus ibant.*

*Vnde nec armipotens bellatrix Gorgona vidit,
 Nec tulit à charo superatam fratre videri,
 Donec ei Perseus à tergo forister icta,
 Cervicem variam falcato frangeret ense,
 Et caput anguiferum clypeato conderet aere:
 Quæ capitis facies quamuis occisa fuisset,
 Perniciosa tamen fuit: & crudelis imago
 Conspectos Erebi nigras transmisit ad umbras.
 Cade madens heros Perseus ad littora venit,
 Pollutasque manus victrices abluuit vnda,
 Gorgoneumque caput (quod adhuc sentire putabat)
 Ipse super virides deponit sedulus herbas,
 Donec in æquoreis post bella viarum labores,
 Respirasset aquis, & vis nervosa redisset.*

*Interea capiti substratæ molliter herba
 Sanguine purpureum sibi contraxere rigorem,
 Quas pelagi nymphæ concretas esse videntes
 In solidum lapidem mox condensantur & ipsæ,
 Ac in purpureo persiat mansura colore*

Forma

Forma vetus plantæ, sed formæ deficit humor.

*Dùm videt atq; stupet factum mirabile Perseus,
Venit consilij diues Tritonia virgo,
Et propè consistens nimis admirata, quid esset,
Munera germani probat immortalia fratris,
Vt, qui Coralijs mutari posse dedisset,
Aut obliuisci naturæ semina primæ.*

*Frigida vis folijs naturæ temperat vsus:
Coralijs verò deus hos afflauit honores,
Vt, quicunq; gerunt, & habent præsentia secum,
Per mare, per terras post mille pericula tuti,
Piratas fugiant, & canum Nerea vitent,
Profint palladiæ miscenda laboribus arti,
Atq; venenatos pellant è corpore potus,
Subueniant homini ferrata compede victo,
Impediantque malas præclaris viribus artes,
Atq; latens odium, tacitaque domestica pugna
Prælia per miseram passim grassantia plebem,
Inuidiamque doment, seu sortibus illa notetur,
Seu dictis magicis & carmine vindicet iram.*

*Semina frumento si sint permixta serendo:
Protinus excultis pestes vertentur ab agris,
Et spicæ steriles non conspicientur in illis,
Sed nocitura satis grando cessabit ab imbre,
Et populabundi non pergent lædere vermes.
† Erucas etiam, locustas atq; pruinās,
Et mures varios ea semina trita necabunt,
Auertentque suis ab agris genus omne malorum,
Vt nec obesse queat Cerealia dona fouentis
Fulmen triste Ionis, quod in ignibus accipit ignes.*

— C y

Mercu.

Wend:
Historiæ
Coraliorū supra
positæ
faculta-
tes sub-
nectit.

* Autho-
ritate Iu-
uenalis
primam
(in locu-
stas) pro-
ducit,
quia cor-
reptionis
exemplū
nō inue-
nitur.

*Mercurius vigilis mæflator prouidus Argi,
Has in Coratio mortalibus obtulit artes,
Et vires docuit: quibus vt confidere possis,
Disce quòd in vino soleat prodesse bibenti,
Quem pupugit serpens, vel acuto vipera telo.*

15. Achates.

*Qui solet in vino sumptius prodesse bibenti,
Est adeò multi varijque coloris Achates:
Vt vitri similis nunc esse putetur Iaspis,
Nunc cum sanguineis sardis appareat idem,
Nunc etiam formam splendentis habere smaragdum;
Aut minio proprios videatur amare colores.*

*Quin etiam ferro similis deprenditur esse,
Aut pomi verni representare figuram:*

Achatæ
varia ge-
nera. *Sed tamen est reliquis præstantior omnibus vnus,
In quo forma nitet fuluo tribuenda leoni,*

de Acha-
te Syluo
so dictū:
est supra

*Indomitaque fera: nam primo tempore clari
Semidei proceres (positis cum nomine rebus)
Esse λεοντοειρην lapidem dixere vocandum.*

*Dicitur vxori gratum præstare maritum,
Vulneribusque nouis factos lenire dolores,
Scorpio virosus quos fecit acumine punctus.*

*Eloquio vires & debita verba ministrans
Efficit, vt voto rebusque fruare petitis,
Non nisi de studio tibi gratificatus honesto.*

*Quin etiam causas morbi que pericula tollet,
Ni data praueniens abruptat stamina Clobo.*

Adhuc de Achate Iaspidis
instar viridi.

Nec quartana viro, nec febris tertia vitam,

Aufc.

*Auferet, vt subito medicamina quærat Achata.
 Nam lapis hic reliquis præstantior vnus habetur,
 Et contra febrem certissima comoda præbet,
 Quod magis vt tibi sit nusquam dubitabile verum,
 Disce quòd ad coctas carnes abiectus Achates,
 Deorat, & fusi momento tollit easdem.*

De Achate minij instar rubro.

*Hunc ego non dico quidquam præstare medendis
 Morsibus obliquo serpentis acuminis factus:
 Sed mea, quæ dicam, si pectore verba reponas,
 E Cælo genitum tibi demonstrabo lapillum,
 Quo tanquam medico tua rectè vulnera cures.*

*Quum ferus exercens immensi viscera Cali
 Impius, & dris viuens Saturnus in armis
 Cogere ipse patrem caput inclinare deorsum,
 Labenti similem similemque labare volenti,
 Obscuraturum lato mox omnia dorso:
 Tunc fluxere sacra de facto vulnere guttae,
 Quas erat in fatis non posse latere sepultas,
 Vt pote quæ venis ex immortalibus irent,
 Et mortale nihil, quod perdis possit, haberent.
 Concordes igitur fatorum numine Parca
 Conclufere solo duratas sanguine guttas,
 Et pingui terra (genitrix est terra deorum)
 Ad solem posita commendauere fouendas.*

*Concretum manibus si tractes ipse cruorem,
 Esse putes gemmam, cum tantum sanguis eundem
 Seruet in antiqua concretus mole colorem,
 Qui sub aqua positus, sepidaque subactus in vnda
 Fit, velut ante fuit, liquidus que resoluitur humor.*

C iij

Sar-

Fusi mo-
 mēto .i.
 quā bre-
 uissimè
 & ciūssi-
 mē.
 Liui.l.i.

Oppor-
 tunè ap-
 plicat fa-
 bulā Cę-
 li & Sa-
 turni.

Sanguinis in primam, post facta coagula, formam:
 Hanc autem speciem lapidis dixere cruenti,
 Qui patres veteres seculo vixere priori.

Magna tamen vires illi medicamina debent,
 Quæ, velut accepto confirmans omine vates,
 Tradita diuina sunt quadam palladis arte,
 Ut prestare suum possent mortalibus usum.

Ærumnas hominum veteres fugat atq; recentet,
 Potus & è vino sananda virilia curat:
 Cumque sero vel lactè datus, vel melle perunctus,
 Est presens oculis & eorum cura dolori.
 Nam videt inuitus, quoties à Rege deorum
 Dijs alijs seniore deo, diuùmque parente
 Mortales homines auertere lumina sentit.

Consului, manibus lapidem portaret ut istum,
 Cum de magnanimi Pelidæ fortiter armis
 Strenuus & bello magnus contenderet Ajax:
 Et tunc iudicio populantis castra Mineruæ
 Victor apud Troiam dirum superasset Vlysses,
 Si parere meis monitis satis esse putasset:
 Auxilium siquidem diuinum spreuit, & vltro
 Incubuit medius strictum moriturus in enses,
 Cuius ut entes fatum crudele moneris.

Mors
 Aiakis.

Hic lapis ut multum serpētum morsibus obstat,
 Sic in aquis socijque tui seruique frequentes
 Te mandante bibant potentque libenter eundem.

Olim cum cuperem sic commendare Dolonem,
 Ut pedibus celerem puerum suus Hector amaret,
 Illicò poscenti caelestis munera gemmæ
 Donauit lapidem, quem postquam laesus haberet,
 Omni-

Omnibus acceptum Teucris firmantibus omen,
 Et pater & valde charum bonus Hector amabat.
 Ergò Dolon cupiens aliquid præstare vicissim,
 Quo gratæ mentis sit testaturus amorem:
 Obtulit eximiam præstanti munere gemmam,
 Oblatamque dedit, quam vix à diuite patre
 Innueneris precibus post omnis vota redemit.

Missus ab Iliacis ad fortem Memnona castris
 Reppererat lapidem grati monumenta laboris,
 Me præsentem, pater, per quem præstantior auro
 Vetus & Assyrijs ad nos perlatus ab oris
 Multa magos doctos multò maïbra doceres.

Sed verbis attende meis, attende scienti
 Quæ loquar, & patulas præbe sermonibus aures.

Principio (nec enim fas est animata litare)

Purè sacrificas festinabamus ad aras:
 Propter quas celebres Phæbo recitauimus hymnos,
 Tellurique Deæ, quæ fecundissima rerum
 Omnibus in terris naturæ semina prodit.
 Inde super lapides Vulcani posuimus ignem,
 Qui nato cruciet vel maceret antra vapore,
 Aut cieat modico longos nidore dracones.

Hi simulac sensere focus data sacra parari,
 Exiucere suis squamosi protinus aëris,
 Et longa serie structam venerè sub aram.

Tres post hæc iuuenes: qui lino membra recentè
 Et nuper loco sua corpora tecta gerebant:
 Ambabus manibus gladios vibrare cruentos,
 Serpentemque suis pictum constringere telis,
 Qui vagus & captus sumi surgentis odore

Ritus in
 Sacrifi-
 cijs obser-
 uati.

Tractus in infidias iam voluebat ob aram.

*Victores iuvenes hostem non segniter urgent,
Sed valde cupidè, multumque ferociter instant,
Et nunc hoc illum, nunc isto verberè passant,
Et nunc hoc illum, nunc isto vulnere lassant,
Donec membra forent in partes scissa nouenas,
Quarum tres primas, qui conspici omnia, Phæbo,
Tres alias hominum pascenti corpora terra,
Tres reliquas diuine tibi Vulcane dicarunt.*

*Hæc in figlinum condebant membra lebetem,
Et superaddentes oleosa dona Minerva,
Grata choro pulchri miscebant pocula Bacchi,
Miscebantque salem bona condimenta ciborum.*

*Additus est coccus me præcipiente sat acer,
Qui preciosus habens nigrum sub vestiq; colorem,
Externam speciem granorum debuit aura.
Omnia præterea sunt credita mixta lebeti,
Quæ carnes subizant, & quæ subtile palatum
Exacuant, stomachoque parent sua fercula grato.*

*Interea proprijs diuorum quemque vocari,
Nominibusque suis dici præconia iussi,
Nam si sacrificijs precibus præsentia poscas
Numina, fac supplex vt mystica nomina diuinos
Et superùm laudi cantandæ carmina distes.*

*Præterea monui diuos sine fine rogandos,
Ne furia tripodem, vel dira Megara lebetem
Pestibus infernis, aut fascines improba spectra.*

*Ipse Iouis genius diuinis inclutus alis
Ad sacras partes illos deduces euntes,
Vt simul è cœta celebrent conuiuia carne,*

Et

*Et reddant saturos inter data fercula ventres,
 Reliquijs sub humum defossis atq; sepultis.
 Sed qui sacrificio peragent mysteria ritu,
 Hi mel odoratum lactisque & pocula Bacchi
 Libabunt, olea iussi gestare coronas.*

*Quando domum lati post sacra peracta redibunt,
 Vix ab eis potius magno impetrare periclo,
 Ut miserentur, vel mitibus esse placeret:
 Quare consilium volo suppeditare salubre,
 Ut declinantes ab eis diuersa petatis,
 Ac ipsum beneatis iter, quod ducit ad illam,
 Ad quam sacrifici comites modo pergimus, aram.*

*Si quisquam veniat, qui vobis obuius ibit,
 Respondete nihil, neu compellate priores,
 Dum latis patrios contingat adire penates,
 Quos in aromatico reuerenter odore coletis.*

*Hac ego perficiens olim ventura monebo,
 Et, quod aues volucres arguta voce queruntur,
 Et quod bruta fremunt crudis vescentia prædis,
 Hoc simul omne sciam, nec me didicisse pigebit.*

Principio nec enim non displicent ea, quæ doctissimus
 Gomerius hîc de sacrificijs annotauit, sed, nisi fal-
 lor, quæ hîc Orpheus tradit eadem sunt contra ve-
 nenum antidota, & remedia, quæ post herbas lecto
 inferendas de octauo vnguento ad eundem ferè
 modum in Theriacis Nicander refert.

16. Neurites.

*Neurite lapidis scio Baccho dona placere,
 Qui: quando superis tua sacra paranda litabis:
 Cælorum dominos tibi conciliabit amicos.*

C v

Si

*Si pede quis nudo calcatum presserit hydram,
 Lesbalemque ferae serpentis senserit istum:
 Leniet & minuet laeso data gemma dolorem.*

*Vxori gratum charumq; das esse maritum,
 Sed (liuine lapis, viridique simillime porro)
 Tunc tuis praecipue nobis medicamina profunt,
 Aspis in admoto quum vulnus corpore fecit.*

17. Chabazius.

*Tu quoq; quid posses, conabar scire, Chabazi,
 Persuasumque fuit, quod mentagra cederet irae,
 Virtuti que tuae, quod multos scorpium ictus
 Contra te frustra per spicula missis pararet,
 Viperae qui gratus Latonae protibus esses:
 Sed mihi iurauit sancte Paantius Heros,
 Harum te rerum plane non esse potentem.*

Quaedam
 male
 Chaba-
 zio ad-
 scripta.

Mimesis
 Philocte-
 tz ad
 Theoda-
 mærcm.

*Phœbus (ait) nitidè splendenti nobilis arcu
 Iratus iussit non credi vera sorori,
 Quae Cassandra suis praediceret omina Teucris:
 Ast ego iuravi me non nisi vera locutum
 Dicere, quae coram post conspicienda venient.
 Nunc igitur Princeps iaculandi gnare magister,
 Crede meis verbis nil praeter vera sonantis.*

*A Ioue nutriti Priami sic filius inquit
 Herculis intrepidi pia seruo dona ministrans,
 At nobis virides in colle prementibus herbas
 Mutua dicta viam faciunt non esse molestam.*

F I N I S.

OBSERVATIONES
ATQVE DIFFICILIVM ALI-
QVOT LOCORVM IN ORPHEI
TRISMEGISTI POETAE ET PHI-
lophi antiquissimi libellum de lapidi-
bus succinctæ explicationes, in gra-
tiam medicinæ & philoso-
phiæ studiosorum
conscriptæ.

A V T H O R E,
HANNARDO GAMERIO POESIOS ET
PHILOSOPHIÆ PROFESSORE.

A D
Generosum & illustrem virum I. V. & LL. consultissi-
mum dominũ D. Georgium à Vorfsem pietatis at-
que eruditionis titulis præstantissimum. &c.

HANNARDVS IN ANTI-
QVA, ET NOBILIASVAE
FAMILIAE INSIGNIA:



Hæc, quæ Gameriæ data sunt insignia genti,
Virtute, & meritis proauorum parta meorum,
Cæsarea lauro vates ego Regius auxi.

NOBILI, ET GENEROSO VIRO, AC DOMINO D. GEORGIO AVORSEM I. V. B. LL. PERITISSIMO

mo Consultissimoque Licentato, &c.

Domino suo non secus ac patri
honorando S. P.



Incredibile est, vir ornatissime atque amplissime, quanto tui desiderio tenear, cuius quidem vis in voluntate nostra tanta est, ut ex eius copia satiari posse non videar: primum quod de eruditione tua, virtute & meritis te amem plurimum: tum quod idem nobis sit studium, quodque mihi penè communis sit tecum antiquitatis ab interitu vindicandæ cupiditas: deinde quod apud Reuerendum D. Fratrem tuum, ad illustrem quandam provinciam tua in primis mihi opera atque auctoritate opus sit: quam quidem licet ambitiosè non petam: in ea tamè (si, quod petitur, obtineam) ita me geram, ut & tibi & fratri temperatè, sincerè, & fortassis etiam prudenter agere videar, in ijs omnibus, quæ ex re vestra arbitrabor, nulla occasione corrumpendus: sed de his coram agemus latius, omne id quod fors feret æquo laturo animo. Nunc, quam rem agam, attende.

Nuper Orphei illius Trismegisti, Poetarum
& phi-

& philosophorum vt optimi, ita antiquiss:
Lapides de græco in latinum transtuli eodem
carminis genere, quo ipse vsus est, seruato.

In hoc libello passim sunt obuia multa
loca scopulosa, difficiliaq; & obscura, quæ vel
interpretis, vel monitoris, vel fabularum val-
de opportunè adhibitarum explicationis &
nominum enodationis egeant. Itaq; non ra-
tus satis esse, si in Orpæo verso tantum do-
ctis essem gratulatus atque gratificatus: nisi
philosophiæ & medicinæ adeoq; latinitatis
studiosis etiam consulerem: arrepto calamo
ex interprete scholiastes factus loca quædam
obscura, & difficiles explicatus habentia an-
notationibus scriptis illustravi, eaq; tibi esse
consecrata volui: non quòd tibi in Orpæa,
aut quemuis alium authorem scholijs opus
esse putarem (cum sis ipse doctissimus) sed
quòd hūc nostrum laborem tui nominis cõ-
mendatione omnibus doctis gratiorem fore
confiderem. Vale, & te amantem Gæmerium
redama pro ea, qua es humanitate præditus.
Tungriæ. xiiij. Calend. Maias.

Hannardus Gæmerius.

ANNOTATIONES

IN ORPHEI LIBELLVM

DE LAPIDIBVS.

Iuppiter à miseris. *Veteres illi Poëta cum à Fol. 2.*
maioribus tanquã per somnũ accepissent, vnius
hominis culpa atq; auaricia: qua ille immortalitatem
affectasset: ceteros mortales in deorũ odia incurrisse,
atq; easdem cum illo pœnas meruisse: & planè istã
miserijs atq; ærumnis fuisse implicitos atq; obnoxios,
paulatim historia versa ad fabulam: Prometheum
quendam Lapeti & Asiæ filium commentum sunt, quĩ
Minerua opera cœlos conscenderit, vbi ad rotam so-
lis facula adhibita formatis à se hominibus ignẽ fu-
ratus sit: qua de causa (vt Sappho Poëtria, Hesio-
dus atq; Æschylus meminerunt) dij omnes, & cum
Primis Iuppiter, irati, duobus malis, febribus vide-
licet & morbis terras afflixerũt, sed Prometheo per
Mercurium ad montem Caucaasum alligato aquilam
adhibuerunt, quæ ei cor & secundum alios iecur ex-
ederet.

Hoc autem fabulosum & Poëticum cõmentum
quanquam suis non caret mysterijs atq; rationibus,
vt pote quod suis inuolucris tectè atque tacitè innuit
prometheum ἀπὸ τῆς προμνησίας dictũ in monte Cau-
caaso consedisse, atque longis multisque experimentis
ibidem obseruatam Astiologiam naturis syderum
exploratis Assyrios docuisse: tamẽ multò rectius no-
ster Orpheus Philosophatus est, qui non modò non
odisse

edisse Iouem, sed etiam amare atq; iuuare humanum
 genus velle scribit, semperque mortalibus subleuan-
 dis studuisse, quippe qui ad promethian. s. prudentiã
 & solertiã humanam promouendam è cælo in ter-
 ras Mercurium prudentiã & rationis Deum mise-
 rit, qui sua dona ferens arumnis ritè medendis Hu-
 mano generi secretas traderet artes. Vult enim Or-
 pheus hac sua præfatione docere, Deum parentem
 rerum & mundi fabricatorem & cæli conditorem,
 omniumque, quæ in eis sunt, vnum existere, qui suæ
 creaturæ & in primis humano generi beneficiat,
 atq; fortunet omnia, maximè verò si ad antrũ Mer-
 curij diuertat, vbi eam felicitatem homines adipis-
 cantur, qua benè à morbis valeant, victores euadât,
 à fers metuâtur, ab hominibus honorentur, à Prin-
 cipibus suscipiãtur, & viris pariter atq; mulieribus
 grati sine periculo inter medios latrones & piratas
 tuto versentur: quæ omnia in præfatione cõmemo-
 rata loco propositiõis statim in principio posuit: vi-
 delicet lapidibus præsentibus, quorum vires postea
 sit descripturus, huiusmodi beneficia conciliari. de-
 scribit autem lapidum vires, causas autem virium
 hoc vel illud operantium solus Deus exploratas ha-
 bet, neq; alia reddi causa potest, quàm quòd vniones
 siue margaritæ: gẽmæ & lapides sine creaturæ Dei
 omnipotentis, qui pro sua omnipotentia singulis suas
 vires tribuerit intellectu & experientia deprehẽsas,
 vt doctissimus & clarissimus vir Rodolphus agri-
 cola lib. i. de inuent: dialect: non minus verè quàm
 doctè scribit: Vt in magnete (inquit) colorè quidem
 & si-

Et figuram videmus, vim, qua ad se ferrum rapit, intellectu deprehendimus: sic in Flamatite, sic in Smaragdo, alterius ruborem, alterius virorem oculis est cognoscere: causam autem, qua hic impudicitiae impatiens est, ille sanguinem sislit, sola mens perspexit. vires itaq; in lapidibus admirari deprehensas possumus, quarum causa penes vnum Deum sunt. porro, quia hunc librum de lapidibus scripsit Orpheus, quadam de lapidibus sunt praemittenda: Sunt autem lapidum genera quinq;: gemma, marmor, cos, silex, saxum. gemma est lapis nitens natura rarus atq; parvus, limam non sentiens: nam si limam sentiunt sunt tantum aliqua similitudine non re vera gemmae.

Marmor lapis est magnus & nitens limamq; sentiens.

Silex lapis est non parvus neq; nitens, sed squamosus.

Cos lapis est granulis constans. reliqua vero omnia saxa dicenda sunt. forte aliqua hic dicenda essent de notione gemmarum, qua videlicet cognosceretur: tactu, videlicet cum grauiora & frigidiora sunt: visu cum splendor nitidior est, constantior atq; oculis gratior, lucernae lumine, instar vitri non hebetandis. limma, qua atteri non possunt. substantia, cum viuaciora & magis sunt laeua, de quibus plura apud Hieronymum Cardanum, qui docet lapides non solum viuere, verum etiam morbos, senectutem & tandem mortem pati. lib. 7. de subtil. rerum. consule etiam Iul. Cas. Scalig. Nos certe Orpheo imbaremus.

Res facit esse deos, Diuinitatem & immortalitatem Fol. 2.

D

lalisatem

salitatem virtute ac laboribus & fortibus gestis me-
 titur: quam viri prudentes societati humane conser-
 uandæ benè consulendo compararunt, atque adepti
 sunt, eamque apud posteros laudem & gloriam me-
 ruerunt, ut dij crederentur. docet autem hoc exemplo
 Apollinis & eius filij Æsculapij, Chironis, qui im-
 mortalitatem medendo consecuti sunt: exemplo quoque
 Herculis, eos fortunatos prædicat, qui latrones, pira-
 tas, prædones aliaque id genus monstra hominibus
 infesta aut domuisset, aut superasset.

Fol. 3. Chiró. Dicitur Saturni ex Phyllira filius, Æ-
 sculapij & Achillis præceptor, qui in zodiaco sagit-
 tarius dicitur.

Fol. 3. At qui sceptræ Deus. Constituit duos deos, v-
 num rerum omnium auctorem atque parentem, qui
 caelestibus moderetur, alterum terrenum, qui inter
 homines terrena dispenses, malorum & calamitatũ
 auctor: paucis ad res caelestes intentis, aut ad antrum
 Mercurij contendentibus: tanquam cum Christo
 nostro dicat: non potestis simul seruire Deo & Mä-
 mona: siquidem angusta est via quæ ducit ad cælos.
 Est autè antrum Mercurij Orpheo nihil aliud, quã
 Schola, in quam illi olim dij futuri (de quibus paulò
 ante) heroes confluant, ut naturæ mysteria discerent
 ac perscrutarentur.

Fol. 4. Piratis latum. Profundum hic pro mari po-
 nitur, Senecæ exemplo, qui in Herc: fur: hoc ipsum
 epithetò tribuit: & Lucanus lib. 8. mare Erythreũ,
 rubrum profundum dixit. græcè quoque πῆλὸς habe-
 tur eiusdem significationis.

Ille

Ille sacrum morbum. Sacer morbus, quem Fol. 5.
vulgò caducum, aut S. Ioannis vel S. Cornelij, vel
S. Huberti vocant. dicitur etiam morbus comitia-
lis, quòd comitia vitare diceretur: nam interrumpen-
bantur comitis, quo die aliquis concidisset. Cato:
quòd comitia probibere solet, nec id quidem mihi vi-
tium fuit. Plinius author est, hūc morbum solis co-
turnicibus, & homini inter omnia animalia accidere.
lib. 10. cap. 23. dicitur etiam morbus Herculeus,
aut Herculanus ab Hercule, qui eū passus creditur.

Ac Elephantiasis. Elephantiasis, siue elephan- Fol. 5.
tia est morbus lepræ quandam speciem habens, ele-
phantorum cuti similem. de quo morbo vide. Pl.
lib. 20. cap. 10. & lib. 26. cap. 1. Celsum lib. 3.
cap 25.

Stellati mactator prouidus Argi .i. Mercuri- Fol. 5.
rius, qui Argum Aristoris filium centum oculos ha-
bentem (nam propterea stellatus dicitur) dulcedine
cantus sopitum occidit: vide Ouid. 1. Metamorpho-
seon.

Mercurioiq; Deo passim. &c. Ciceroni 3. de Fol. 6.
natur. deor. quinq; Mercurij numerantur. Orpheus
autem hic intelligere videtur Mercurium Trisme-
gistum, qui Ægyptijs præfuit litterasq; & leges
tradidit, philosophos sapientia, sacerdotes religione
superavit: primus à physis ad diuinorum specula-
tionem erectus de maiestate Dei, de demonum or-
dine & animarum natura pulcherrimè, & sapien-
tissimè disputauit, & arcana oraculorum mysteria
libris multis complexus est, quorum aliqua mihi vi-
dere

D ij

dere

dere & legere contigit. quia verò obscurius vulgo tradita videbantur, propterea magum difficilem eū ab ignavo populo appellari scribit Orpheus : difficilemque magum, &c. magus autem dictus est honoris causa, nam, auctore Cicerone 1. de diuin. sapientum & doctorum genus maiorū habebatur in Persis, est autem vox sine dictione Persica, qua apud Persas sapiens significabatur, quales græcis philosophi, latinis pontifices, Gallis Druidæ, Ægyptijs sacerdotes, & Hebræis propheta habebantur.

Fol. 6. At quicumque meis. Promittite hinc Orpheus scientiam rerum naturalium sibi auscultantibus & laborantibus, tanquam dicat laboribus deos habere omnia venalia, quare subiungit:

Nā, qui cuncta videt latum cōuersus ad orbem,
Non voluit finem Saturnius esse laborum.

Fol. 6. Hypothesis. Est argumentum libri, siue opusculi materia: nam causam & occasionem scripti declarandam continet.

Fol. 7. Se mihi Theodamas. annotatum est à Demetrio Moscho, Theodamantem filium Priami fuisse, sed ego (vt in cōtextu apparet) nepotem Priami fuisse suspicor. Diotys verò Cretensis & Dares Phrygius Theodamantis non meminerunt, sed Dares lib. 6. Thydamantis à Lycaeo occisi mentionem facit.

Fol. 7. Stata sacra. Dicuntur quæ statò & certo tempore singulis annis recurringunt. vide Onid. Fast.

Fol. 7. Quas simulac vidi tantum non. Tantam non videtur esse dicitio vna, non dua, aduerbium rei

NON

non planè peracta, significans idem quod fermè vel proximè, Liui. Decad. 4. lib. 7. vt vidit non posse æquare ordinem Romanos & tantum non iam circumiri a dextero cornu i. fermè circumiri a dextero cornu, tantum non ipse prebendi .i. parùm abfuit quin ipse ego prebenderem.

Crystallus.

Fol. 10.

Diuus Augustinus in præfatione Psalm. 147. author est, Crystallum esse niuens induratum. creditur enim Crystallus, durata per multos annos & non resoluta niue, congelascere, vt resolutio non sit facilis. Stella putat nasci in Alabanda & Orebosia earūq; montibus, sed cum amet loca frigida, quæ sunt Alpes Germaniam ab Italia diuidentes, crediderim in India non nasci. Error autem facilis fuit, quòd Crystallo simillimum lapidem Berillum India mittat, ex quo & vitra & vasa præciosa constari solent. medetur autem Crystallus renibus, cum melle sumptus lac mulieribus suppeditat. de igne ex aduerso sole per Crystallum nato plurima sibi magi promittunt, quem hic Orpheus sacrum appellat. vid. Pli: lib. 37. cap. 2. Solinum. cap. 24. Isid: lib. 16. cap. 13. Albert. lib. 2. cap. 3.

Galatites.

Fol. 10.

Dicitur hic lapis galactites ἀπὸ τοῦ γάλακτος .i. a lacte. nam licet in ripa Acheloi annis ater inueniatur, cæcidum reddere succum dicitur pariter & saporem, si teratur. feminis nutricibus alligatus lactis copiã subministrare creditur. intra os receptus liquefcit. & memoriam adiuuere fertur. Dioscoridi est cæueticus,

D ij

gustu

gustu dulcis, qui tritus colorem lactei emittat. vide
Plin: lib. 37. cap. 10.

Fol. II.

Hanc & Anactiten. Hunc lapidem adamantem Anactiten vocari apud nullum alium auctorem legi, neque puto inter adamantis genera reponendum. Si tamen sit numerandus inter adamantis genera, legendum est anachiten: cuius Plinius lib. 37. cap. 4. meminit eum asserens ita dictum, quod venena irrita faciat, lymphationes abigat, metusque vanos a mente expellat: cuius etiam hic Orpheus mentionem facit ubi ait:

Si lapis è pueri collo dependeat idem,
Pestis nulla suam dabit illa nocte Megaram.

Et ea quæ ibi sequuntur.

Porrò quia adamantis meminimus, non puto omit-
tendum esse, quod in eodem capite Plinius affirmat,
eos valde magno errore trahi aut duci, qui aiunt cry-
stallo adamantem innasci, & mallei ictu non fran-
gi, sed hircino dicitaxat sanguine maceratum dissol-
ui: quia constat gemmarijs in scobem malleolo non
difficiliter redigi: & cum Crystallum congelascere
trigesimo quoque anno ferant, prodiderunt duorum
aut trium annorum spacio adamantes perfici. nam
si in ipsa fodina hoc anno ad cubiti altitudinem fo-
dias, adamantes reperies, post biennium si rursus fo-
dias, ibidem inuenies. falsum quoque est, magnetem
ab adamante impediri, quo minus ferrum trahat.

Fol. II.

Hanc & lethæam dixerunt. Cõuenit hic Or-
pheo cum Dioscoride, qui ita scribit: Galactites le-
thæus dicitur, quia præcedentia mala in obliuionem
ducit:

ducit: unde mulierem absque labore parturire facit,
doloris videlicet oblitam precedentis partus.

Nec sinat ipsa Deos. Deos hic Heroas facit *ut* Fol. 11.
alias sape, & hunc locum Dioscorides confirmat qui
sic scribit: si quis secum portauerit galacluten, qui
Principem vel alium offensum habeat, in obliuio-
nem adducit Principis vel alterius auersantis iram,
& dominum suum reddit omnibus amabilem. qui
verò hæc nolunt credere, his cum Plinio respondeo,
non querendam in vlla parte naturæ rationem, sed
voluntatem: cum numinum muneris talis inuentio
omnis sit.

Petraces siue glossopetra.

Fol. 12.

Petraces penultima breui, lapis dictus videtur quòd
quasi in cuspidem desinat: dicitur etiam glossopetra,
à similitudine linguæ humanæ, quam repræsentat.
Plinius lib. 37. cap. 10. scribit in terra non nasci,
sed, deficiente luna, è caelo decidere lenocinãti necessa-
riam. hodiè ex collis infantium gestatur omnibus no-
tissima.

Achates.

Fol. 12.

Lib. 37. cap. 1. commemorat Plinius pyrhum Re-
gem, eum, qui aduersus Romanos bellum gessit, ha-
buisse Achaten, in quo nouem musæ & Apollo ci-
tharam tenens spectarentur, non arte sed sponte na-
turæ ita discurrentibus maculis, ut mulis quoque
singulis sua redderentur insignia. de quo lapide quid
sentiat Cardanus, vide eius lib. 7. de rerum subti-
litate. est autem Achates tam varius *ut* vnũ eun-
demque lapidem esse vix credas. Plinius eum ait

D iij potentem

potentem virtutis esse, si setis leoninis implicatus gestetur, aut feratur. de eius viribus atque varietate abundè hic & postea copiosius refert Orpheus.

Fol. 12.

Cornu cerui.

Hic lapis aut nusquã inuenitur, aut rarissimè: nam abditis ita locis sua cornua abijciunt, vt dexteram planè cornu negent inueniri aut visum esse à quocquam, tãquam aliquo medicamento praditum. Vide Eras: adagium: vbi cerui abijciunt cornua gemmarij Elaphiten vocant. Cardanus ait si è vasis ex ceruino cornu bibamus edamusque: pocula vasaque (contracta iam mora in illis) venenorum vires bebentare.

Fol. 13.

Barbarus.

Galenus in lib. $\pi\pi\iota\ \alpha\pi\lambda\alpha\iota$ sine de simplicibus medicamentis nono, in lapide Gagate etiam Barbari lapidis meminit, & glutinandis vulneribus aptum esse innuit.

Fol. 13.

Iaspis.

Iaspis lapis varius est: nam, teste Plinio, in India Smaragdo similis inuenitur (quod verum esse testatur & docet Garcias ab horto Prorepi India medicus. asserens ex Iaspide vasa murrina constari adeò virentia, vt ex Smaragdo facta videantur) in Cypro glaucus & pinguis: in Perside aris instar. phrygia purpureos, Capadocia ex purpureo caruleos atque non resulgentes, Thracia indico similes existit. Diosco. lib. 5. cap. 47. Gal. lib. 9. Simpl: medic: cap. 1. quæ hic ab Orpbeo ponuntur eadem Iaspidi magi tribuunt. Dioscorides tamen Iaspidè gestanti

1108

non formidanda esse tonitrua : parturientibus prodesse: & febribus mederi, vulneraque ab inflammatione & dolore conseruare tradit.

Topazus.

Fol. 14.

Topazus est gemma viridis, quae sola ex nobilibus dicitur limam admittere, omnibus alijs, cū primum inueniretur, praelata.

Vtilis est etiam. Quia Dioscorides ait Topazium iram sedare, tristitiam tollere, & contra noxios motus, Phrenesin & mortem repentinam valere. vid. Strab. lib. 16.

Opalius.

Fol. 14.

Opalius alio nomine paderotes dicitur, quare hic dicit Orpheus eum puero similem esse formosum corpus habenti.

Solis habent radios. Experimentum eius in sole tantum est, falsis enim contra radios libratis digito à pollice, vnus atq; idem translucet color in se consumptus, fulgor veri subinde variat & plus huc illucque spargit, & fulgor lucis in digitos funditur. Haec Stella: porrò Iulius Solinus cap. 44. ait in eo congruere quicquid eximium est, quadam decoris praerogatiua, Crystallum lucere, purpuram rubere, in orarum extremitatibus corona crocea velut è liquido renitente: qua suauitate oculos iuuat (vt & hic Orpheus canit) visum illiciat & intuentes cum gratia detineat.

Cernuus Heroem. Nam amorem conciliare creditur & fauorem gestantibus. nisi fallor, putabunt lapidem eundem esse, cum eo, qui inuentus in

D v

Zeilan

Zeilan ab Garcia medico oculus catti dicitur, de quo sibi Indis persuasum habent, eius, qui hanc gemmam possidet, facultates non posse minui, sed semper incrementum facere & augeri. Cardanus eum lib. 7. de subtil. Pseudopalum vocat. Vanit aureis sextetis lusitanicis.

Fol. 15.

Magnes.

Magnes lapis Plinij lib. 34. cap. 14. & Augustini lib. de Civitate Dei 12. cap. 4. aliorumq; auctorum testimonio, adeoque ipsius experientia vsu nobilitatus est, ferrum ad se trahens, quo etiam nomen fecit proverbio, cuncta ad se trahit, vti magnes lapis ferrum, aptissima autem hic vititur Orpheus comparatione, dum ita se ad ferrum habere dicit, tanquam mulier sponsa ad virum sponsum. vnde subiungit, quod Circa seruauerit, cum videlicet Ulyssis socios ferreos ad se tanquam per magnetem attraheret. lib. Odyss. 10.

Fol. 15.

Hoc quoq; tunc audax. Aetias i. Medea, Aetæ filia. fuit Aetes filius Solis & Persidos, Rex Colchorum, qui ex Ilyia Medeam & Chalcio-pen genuit. vt in Theogo: Hesiod.

Fol. 17.

Occisor paridis. Variat auctores de morte Paridis. nam Orpheus cum Dicty Cretensi a Philoctete occisum tradit, fallacem autem Philocteten vocat, quia Hercules erat sagittis armatus, qua infecta hydrae sanguine haud sine exitio corpori figebatur. graphice Paridis cum Philoctete certamen Dictys describit, ad quem lectorem relego. Dares autem ab Aiace Paridem & a Paride Aiacem occisum tradit.

tradit. cætera quæ sequuntur confer eum Plinij verbis lib. 37. cap. 10. Alb. lib. 2. cap. 13.

Orites alio nomine Siderites dicitur, sicuti & mortuus ophites.

P A R I D I S C V M P H I L O C T E
te certamē, cuius paulò ante memini, de verbo
ad verbum, Q. Septimio Romano in-
terprete, sic se habet.

Tum Philoctetes progressum Alexandrum lacessit, si
auderet sagittarum certamine; ita consensu utriusque
partis Ulysses atque Deiphobus spatium certaminis de-
finiunt, Igitur primus Alexander incassum sagittā con-
tendit. Dein Philoctetes insecutus sinistram manū ho-
sti transfigit, reclamantiq̄ue per dolorem, dexterū ocu-
lum perforat. & iam fugientem insecutus tertio vulnere
per utrumque pedem traiecit, fatigatumq̄ue ad postre-
mum interficit. quippe Herculis armatus sagittis, quæ
infestæ hydræ sanguine, haud sine exitio corpori fige-
bantur.

Ac veneri sacrum. *Adixrov* latine capillū *Ve-* Fol. 17.
neris vertimus: intelligit autem hic non herbā, sed
quasuis mulieres, uti ex sequentibus patet.

Hunc Helenus lapidem. *Superstitiosa sunt* Fol. 17.
quæ sequuntur, nisi allegoricè exponamus.

Laomedontiades. i. Priamus, sed Diftys Cre- Fol. 18.
tensis scribit lib. 3. non Priamū, sed Achillem Aga-
memnoni & Menelao fuisse malè ominatū. & li. 5.
Cassandram omnia ferè infortunia Agamemnoni
prædixisse, quæ reduci in patria postea evenerunt.

Me Deus intonsus. i. Apollo, quem sibi vati- Fol. 19.
cinandi

cinandi potestatem fecisse dicit tantum vera locutu-
ro: qua re sibi fidem autoritateque suis verbis con-
ciliat, quibus bene & verè docet maiores & plures
vires lapidibus, quam plantis tribui oportere.

Fol. 21. Quando Sideriten me dante. Euphorbus cū
Patroclum vulnerasset ab Achille interfectus est, de
cuius animæ in Pythagoram transmigracione vid.
Aul. Gellij. lib. 4. cap. 11.

Fol. 21. Inlytus & pulcher. Menalippi cuiusdā me-
minit Diety Cretensis lib. 6. quem ait fuisse Acasti
filium. Sed non negauerim alium Icteaonis Mena-
lippus filium: facit autem Diety Icteaonem Lao-
medontis filium, fratrem germanum Priami. Si
verò Menalippus Icteaonis fuerit filius, & Theo-
damas Priami, fuerunt utiq; patruelus Theodamas
& Menalippus, qui propriè græcis ἱθαλλοί appellan-
tantur: sicuti duarū aut plurium sororū filij ἀνιψίω
.i. consobrini dicuntur: quod ego vocabulum ad ex-
emplar Orphei de industria seruaui.

Fol. 22. Gagates.

Conuenit hic locus Orphei cum Plin. lib. 9. ca. 26.
lib. 36. cap. 19. & cum Galen. lib. 9. cap. 8. ger-
mani & galli belgæ sive arten oochsteen vocant. alij
getten steen appellant.

Fol. 23. Quin etiam nusquam. Hac vsq; ad octauum
versum ita corrupta atque deprauata fuerunt, vt ex
eorum difficultatibus me vix expedierim. ignoscet
igitur doctiores, & me erroris monere dignabuntur,
si castigatiora illis exemplaria contigerint.

Meminit gagate lapidis Nicander in Iberiacis,

gko

quo accenso pelli & profligari serpentes scribit. vocatur ab eo Engangis, dicitur etiam Gangitis, à quo ignis excitatus bituminosum odorem reddit. vide etiam Diosco. lib. 5. cap. 99.

Scorpius Lapis.

Fol. 24.

Scorpie te lapidem. Hunc lapidem Plin. lib. 37. cap. 11. à scorpionis aut colore aut effigie scorpionem dictū putat. porro lapis, qui sequitur, planē Corfosides est, & non alius, cuius descriptionem & historiam hic fusius Orpheus, quàm Plinius recenset lib. 37. cap. 10.

Coralium.

Fol. 25.

Coralij historiā hic Orpheus describit plene & vere, & Plin. lib. 36. cap. 19. Alb. lib. 2. cap. 3. Diosco. in cap. de Coralio.

Fama fuit veras. Opportune hanc fabulam in medium adferre Orpheus, à quo totum hunc locum Ovidius in suarum transformationum lib. 4. mutuatus est, apud quem de Perseo, Medusa, Gorgone fusissimè omnia tractata inuenies.

Fol. 26.

Semina frumento. Hæc eadem habet Albertus, quem petulanter alijs ridendum propinat hisce verbis Alardus Amsterodamus: stulto omninò (inquit) faceret, qui super pomiferas arbores, vel fabaceas herbas coralia in pulueres redacta cum aqua asperserit, pomorum aut fabarum sperans copiam. Eam lucri speciem si quis affectarit, Alberto gratias referat, qui id secretum posteris reliquit. At, & Alarde, tua pace dixerim, non gratias illas Alberto magno, sed Trismagisto .i. ter Maximo Orpheo debetis.

Fol. 27.

beri: cui sapientissimo Philosopho, quàm tibi nugatori, tutius sit credere.

Fol. 28.

Achates.

Cui non sufficiunt aut satisfaciunt, quæ supra dicta sunt: consulat ille Hiero. Cardanũ & Eras. Stellã.

Fol. 29.

Hunc ego non dico. Loquitur hic de Achate miniato siue rubro, qui quoniã in aqua maceratus in liquorem sanguineũ resoluitur, occasione dedit fabula, quæ est de Saturno, patris Cali pudenda abscondente, atq; in mare proijciente, & imperium in aethere violenter occupante, cuius fabula allegoricam explicationem vide, apud Ciceronẽ lib. 2. de nat: deor: & Macrob. Satur: lib. 4. 41. 42.

Fol. 30.

Strenuus. Vide Dictyn Cretensem lib. 5. cuius verba cum his Orphei verbis planè consonant. Vti in reliquis ferè omnibus, aliter scribẽte Daretẽ de Memnone, Dolone, Hectore ex alijs nota sunt.

Fol. 31.

Principiò nec enim. Doet hic modum sacrificandi & ritus ordine persequitur sacrificijs huiusmodi præstari solitus per Achaten ignibus impostũ, ad cuius siue odorem siue nidorem serpentes enervati fierent Phæbo, Telluri & Vulcano victima. fuit (& fortassis huiusmodi sacrificium, in quo) Chryse sacrificante) Philoteles à serpente laesus fingitur. Porro neq; hoc in loco omittendum est, quòd etiam Democritus (authore Plinio lib. 10.) docere veritatis non est, aues esse quasdam certis vocabulis, ex quarum confuso sanguine serpentes gignantur, è quibus si quis edisset, eũ linguas antiũ & colloquia earũ subito interpretatũ, sed hæc, ut multa alia superstitiosa.

stitiosa, vasis & subdolis demus Satanae insidijs. Fol.32.
Additus est Coccus. Garcias ab orto medicus
insignis: cuius etiam supra meminimus: duo cocco-
rum facit genera: alterum quod seruetur fructibus
ferendis: alterum *Zura cogenda* (ita vocant liquo-
rem ex arbore stillantem) conseruant.

Interea proprijs. De nominibus deorū, consu- Fol.32.
latur Corn: *Agrip.* & alij de re Magica scriptores,
in quibus nullus vnquam vtiliter versabitur.

Neurita lapidis. Locus hic deprauatus est, ex Fol.33.
Plin. lib. 37. corrigendus. legendū est autē Nebrida
vel Nebrita, a nominatio Nebrites vel Nebrides
penultima longa. quē Plin. loco citato, Libero patri
sacrum ait. nomenque traxisse à Nebridum simili-
tudine. Erant autē Nebrides (penultima breui) ca-
prarum vel damarū pelles, quibus veteres in sacris
Bacchi utebantur. Chabazius. Fol.34.

De Chabazio nihil præclari sentit Orpheus, de quo
cum multa sibi antea promississet, aliter à Philoctete
doctum esse Theodamantem tradit. nam tectus liber
est Theodamantis mimesis.

Mentagra. Græcè *λεχη* morbus dictus à mēto, Fol.34.
qui homines & pecudes inuadit. vide *Plin. lib. 26,*
cap. 1. & Colu. lib. 7. cap. 5. Hæc sunt, mi Georgi,
quæ de Orphes locis difficilioribus putavi dicenda:
sperās atq; confidens pro tua humanitate & singulari
cādore, hunc meū qualemcumq; laborē tibi in primis
gratū fore, cuius fauore & studio, etiā alijs, in poste-
rum sit fama nominis mei futura cōmendatior.

F I N I S.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be numbered or sectioned. The ink is very light and difficult to decipher.

F I N I S

Laudius Benorist
e Regtor ibi
~~Franciscus Pagan~~
~~Sylaxer~~

Laudius Benorist

id m ind m m m

m o Augustini

o

m id m m m

o



Ayuntamiento de Madrid